

Capitulum 52

Discipulus: Consequenter de regibus et principibus ac aliis publicis potestatibus et communitatibus aliqua interrogare propono. Dic autem in primis an reges *et principes* qui permitterent doctrinam pape heretici in suis regnis et dominiis publicari et doceri essent inter fautores heretice pravitatis computandi.

Magister: Videtur nonnullis de regibus et principibus distinguendum, quia aut sunt omnino illiterati, aut sunt literati, notitiam Sanctarum Scripturarum habentes. Si sunt in Sacris Literis eruditi, et doctrina pape erronea est tam patenter heretica quod omnes catholici in Sacris Literis eruditi sciunt eam esse hereticam, reges et principes scientes per Sacras Literas doctrinam pape esse erroneam sunt fautores heretice pravitatis si eam sustinent in suis regnis et dominiis publicari et doceri, nisi ex causis probabilibus et verisimilibus estimarent quod si opponerent se publice doctrine pape erronee nulla exaltatio fidei vel utilitas fidelium sequeretur, sed catholici per talem oppositionem regum et principum corporaliter et spiritualiter turbarentur, ac plures propter talem contradictionem averterentur a fide et ad perfidiam pape heretice se transferrent.

Discipulus: Ista opinio casum pene impossibilem et incredibilem videtur innuere. Non enim videtur credibile quod si aliquis rex doctrinam pape heretici in suo regno publicari et doceri omnimode prohiberet, quod propter hoc plures averterentur a fide et ad doctrinam pape erroneam se transferrent, cum etiam, si rex aliquis papam hereticum captivaret et neci corporali traderet, nec sibi nec suis magnum periculum immineret. Videmus enim hiis diebus quod non solum reges et principes sed etiam

2 et principibus] *omitted* Ly 3 aliqua] *omitted* We 3-4 et principes] *omitted* Bb An Fi Ly 4 permitterent] et principes *added* Bb Ly principes *added* An Fi 6 principibus] aut] reges et principes *added* We 7 sunt] *omitted* Ly | literati] et *added* Ly 8 est] *omitted* Bb | tam] tamen Bb 9 esse] *omitted* Bb An Fi We | hereticam] catholicam We 11 et¹] *omitted* An 12 estimarent] extimarent An | ac] et Ly 15 talem] turbationem vel *added* Ly 17-18 innuere...videtur] *omitted* Fi 18 in] *omitted* Fi 19 quod] tum quia Ly 20 ad] a Bb | cum] tum Ly et An We 21 corporali] corporaliter Ly | nec¹] *omitted* An Fi

civitates et castra satis parve potentie summo pontifici presumunt resistere, nec tamen multi eorum corporaliter humiliantur. Quanto magis si rex potens et dives papam hereticum captivaret qui nec esset magni generis et nobilis, nec liberos relinqueret divites et potentes, periculum corporale nullatenus formidare deberet. Unde et hoc omnino michi videtur probabile, quod rex absque periculo temporali posset secure papam hereticum captivare et eum corporaliter trucidare, sed an hoc facere ex conscientia teneretur non est michi clarum, de quo tamen aliquando pertractatum est supra libro sexto. Ideo revertere ad opinionem priorem, et narra quid teneat de regibus et principibus illiteratis.

Magister: Dicitur quod reges illiterati qui notitia Scripturarum minime pollent in plurimis excusantur si permittunt dictam doctrinam in suis regnis et dominiis publicari, doceri, et teneri, quia propter innotitiam Scripturarum non tenentur statim prohibere doctrinam pape heretici, presertim si eis a viris literatis minime intimatur quod doctrina pape sapit hereticam pravitatem, et doctrina pape erronea est talis quod non est directe contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgata. Dicunt igitur isti quod si doctrina erronea pape heretici est contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgata, reges, quandocumque illiterati, si scienter sustinent eam in suis regnis et dominiis publicari, doceri, et teneri, nisi probabiliter timeant quod ex prohibitione talis doctrine nulla spiritualis utilitas sequeretur et periculose catholici turbarentur, sunt inter fautores heretice pravitatis computandi. Si vero doctrina pape heretici erronea non est contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgata, sed est contra veritatem catholicam

23 potentie] pene An 25 nec¹] non An Fi | et] aut We 27 Unde] omitted Bb 29 teneretur] tenetur Ly | tamen] casu Ly 31 teneat] teneant Ly 32 Dicitur] dic Fi omitted Bb 33 permittunt] permittant Ly dictam] omitted We | doctrinam] pape heretici added We 34 publicari] et added Bb Fi | doceri] omitted An | et teneri] omitted Ly | innotitiam] imperitiam We ignorantiam Ly 37 non] omitted Ly 40 sustinent] sustinerent An Fi Ly | eam] doctrinam pape erroneam We 41 timeant] timeatur Ly 42 catholici] catholice Bb 43 heretici] omitted Bb An Fi We 44 catholicos] omitted Ly

30 supra...sexto] 1 Dial. 6.100

45 quam reges et principes credere explicitè non tenentur, licet debeant eam credere
 implicite, distinguitur. Quia aut ad notitiam regum et principum per clamorem et
 rumorem publicum et manifestum pervenit quod doctrina pape a viris literatis in
 Scripturis Divinis, qui hactenus bone opinionis et fame fuerunt, fortiter et
 50 efficaciter impugnatur, qui etiam petunt instanter ut de papa heretico vel de se, si
 erraverint, fiat iustitie complementum, aut talis clamor ad reges et principes non
 pervenit. In primo casu reges et principes ex zelo fidei quam omni homini preferre
 tenentur debent diligentissime facere examinari doctrinam pape per sapientes, si
 habent in regnis suis, vel per alios, si in regnis suis non sunt sufficientes ad
 examinationem talem, et secundum unam sententiam prohibere debent ne doctrina
 55 talis in regnis eorum et dominiis publicetur et doceatur antequam fuerit sufficienter
 discussa et examinata. Secundum vero aliam sententiam antequam constiterit
 legitime regibus doctrinam pape esse erroneam, eam prohibere non debent. In
 secundo casu reges et principes prohibere doctrinam pape erroneam non tenentur,
 quia neque per certitudinem neque per famam constat eis doctrinam pape esse
 60 erroneam.

Capitulum 53

Discipulus: Circa ista narrata peto ut tria tantummodo probare coneris. Quorum
 primum est quod, si reges et principes qui potenciam temporalem pape et suorum
 nequaquam metuerent, audierint papam de doctrina erronea a viris in Sacra Pagina
 5 eruditis, et qui semper antea bone opinionis et fame fuerunt, fortiter impugnari, et ab
 eisdem peritis cum instancia petatur concilium generale ut veritas fidei declaretur,
 teneantur diligenter querere veritatem et efficaciter laborare ut per concilium

45 eam] eandem Ly 46 per] *omitted* An 47 rumorem] maiorem Bb vulgi *added* Ly | pervenit] et *added*
 An | in] et Bb 48 opinionis] sunt *added* Ly | fuerunt] *omitted* Ly 50 clamor] notitia Ly | non] *omitted*
 Ly 51 ...principes] *omitted* Ly 52 tenentur] tunc *added* Ly examinari] examinare Ly 53 habent]
 habeant Ly | suis²] *omitted* Ly | sunt] sint Ly 55 talis] pape We 58 secundo] etiam *added* Ly
 2 coneris] conaris Bb conare An 4 metuerent] metuerunt Bb 5 et¹] etiam Bb An Fi | et³] quod *added*
 We 6 petatur] postulatur We 7 teneantur] tenentur Bb An tenerentur Ly

generale vel alium modum congruum veritas fidei ostendatur et distincte patefiat catholicis universis. Secundum est quod reges et principes, si per quemcunque modum legitime constiterit eis doctrinam pape esse erroneam, teneantur ne publicetur et doceatur in suis regnis et dominiis prohibere, si propter talem prohibitionem non timent dispendium populi christiani. Tertium est quod, si rex aliquis propter potentiam temporalem pape heretici vel suorum sequacium probabiliter et ex causis urgentibus formidaret quod ex prohibitione doctrine pape heretici in regno suo nulla utilitas neque corporalis neque spiritualis fidelium sequeretur sed magis catholici turbarentur et plures averterentur a fide, a tali prohibitione doctrine pape erronee cessare deberet, et quod publicetur in regno suo permittere.

Magister: Primum et secundum simul videntur una ratione posse probari, que talis est. Ille ad quem spectat omnem pravitatem hereticam extirpare, et ne in terra sibi subiecta pullulet impedire, tenetur modo predicto de doctrina pape erronea taliter impugnata, qua papa hereticus omnes cupit inficere orthodoxos, diligenter inquirere an sit consona vel dissona catholice veritati. Si enim circa talem inquisitionem negligens appareret, propter negligentiam eius possent sibi subditi periculose corrumpi heretica pravitate. Sed reges et principes christiani debent omnem hereticam pravitatem extirpare quantum in eis est, et ne in terris eis subiectis pullulet impedire. Ergo si audiunt doctrinam pape hereticam qua omnes cupit inficere orthodoxos, a viris peritis in Sacra Pagina impugnari, debent sollicite querere veritatem, an scilicet doctrina pape erronea sit consona vel dissona catholice veritati.

8 congruum] *omitted* Fi | et] *omitted* We 8-9 et...universis] *omitted* Ly 10 teneantur] tenentur Ly | ne] ut Fi 11 publicetur] publice Bb et² suis *added* Ly 15 nulla] nullam Fi | corporalis] temporalis Ly spiritualis We | spiritualis] corporalis We | neque spiritualis] *omitted* Bb 17 deberet] debent An | publicetur] publicaretur et doceretur We 17-18 et...permittere] *omitted* Ly 27 impedire] imperare An Fi | audiunt] audiverint Ly 28 Sacra Pagina] sacris literis We | querere] inquirere We 29 scilicet] *omitted* We

30 Maior istius rationis videtur evidens et tamen probatur. Primo sic. Cui competit potestas aliquid faciendi, omnia ad ipsum pertinere noscuntur per que illud convenienter facere potest, quemadmodum, si aliqua causa alicui committitur, super omnia que ad ipsam causam pertinere noscuntur plenariam recipit potestatem, et, sicut concessio principali, conceditur accessorium (*Extra, De officio iudicis delegati, Preterea, et Significasti, et Prudentiam, et Suspicionis.*) Si ergo regibus et principibus competit hereticam pravitatem ne in terris sibi subiectis pullulet, impedire, et hoc interdum facere minime possunt nisi diligenter inquirant an doctrina pape ad quam omnes intendit cogere christianos sit consona vel dissona veritati, sequitur quod tunc saltem talem debent inquisitionem facere quando eis per famam publicam nuntiatur quod doctrina pape quam in terris eorum publicare proponit a viris peritis in Sacris Literis impugnatur, qui toto posse laborant ut veritas fidei declaretur.

Secundo probatur eadem maior sic. Sicut ad eundem spectat de personis diffamatis inquirere et de accusatis secundum iuris ordinem iudicare, ita ad eundem spectat aliqua pravitate publice nuntiata diligenter inquirere veritatem ad quem spectat eandem pravitatem, si aperte perpetrata fuerit, extirpare. Sed ad reges et principes spectat pravitatem hereticam pape heretici, si eam aperte cognoverint in suis regnis et dominiis pullulasse, penitus extirpare. Ergo ad eosdem spectat, si publice fuerit nuntiatum quod doctrina pape quam in regnis et dominiis eorum plantare conatur a viris eruditis tanquam heretica impugnatur, diligenter querere veritatem.

30 competit] convenit Ly 32 causa] *omitted* Bb | committitur] committeretur We 34 sicut] sic Ly An | concessio] concessit An concessio 35 Preterea] propter An We Ly c.1 propter Bb Fi | Prudentiam] prudenter An Ly prudentia Bb Fi We 36 sibi subiectis] suis Di 37 minime] non Ly | inquirant] inquirunt Fi | an] ac Bb 39 quando] cum Fi 40 quam] que Bb An Fi | publicare] publicari We 42 declaretur] Et *added* Fi 43 maior] minor We 44 ita] ista Bb 45 diligenter] viriliter An 48 eorum] quam *added* We 50 querere] inquirere An Fi Ly

34s ...Preterea] X.1.29.5, col. 159 35 Significasti¹] X.1.29.7, col. 159 | Prudentiam¹] X.1.29.21, cols. 164-6 | Suspicionis¹] X.1.29.39, cols. 181-2

Tertio sic. Ad quem spectat periculis que cognoverit ingruere obviare, ad eundem spectat de periculis que per famam publicam nuntiantur querere veritatem, sicut ad quem spectat hostibus invadentibus terram aliquam toto posse resistere, ad eundem spectat, si est publica fama quod aliqui volunt eandem terram invadere, diligenter querere veritatem ut, si fama contineat veritatem, ad resistendum sit minime 55 imparatus, quia secundum beatum Gregorium “minus iacula feriunt que previdentur,” et quidam saluberrimum dans consilium ait: “prospice que veniunt hos casus esse ferendos, nam levius ledit quidquid previdimus ante.” Cum ergo, si doctrina pape est erronea, non modicum periculum toti christianitati immineat, ad quos spectat pravitatem hereticam extirpare ad eosdem spectat de doctrina pape que 60 tanquam heretica a viris in Sacris Literis eruditus fortiter impugnatur, postquam per famam publicam hoc eis constiterit, diligenter inquirere veritatem. Sic ergo probata est maior.

Minor, scilicet quod ad reges et principes spectat omnem pravitatem hereticam de eorum terris et dominiis extirpare et ne pullulet impedire, probatur sic. Ille qui 65 propter hereticos de terra sua fugere non tenetur, nec tamen debet communicare eisdem nec eos quomodolibet receptare, potest eos de terra fugare, vel etiam captivare, vel penitus extirpare. Rex autem aut principes propter papam hereticum vel sequaces eius non tenentur de terra sua recedere, nec debent communicare eisdem nec eos quomodolibet receptare. Ergo possunt eos de terra sua fugare, aut 70

51 cognoverit ingruere] noviter emergunt Ly 52 per] omitted An | nuntiantur] nunciatur Bb We 54 aliqui] aliqua Fi | volunt] velint An omitted Fi | invadere] invadere We 55 querere] inquirere An Ly omitted Fi | veritatem¹] igitur si fama est super heresi debet diligenter inquirere an contineat veritatem added Ly | si...veritatem] omitted Ly 56 feriunt] ferint We | que] qua An Fi We 57 previdentur] unde added Ly | que] qui We Ly 60 de] omitted Bb 62 eis] omitted Fi | querere] inquirere An Ly 63 maior] Et added We 65 pullulet] pullulent An | Ille] omitted Ly 66 debet] omitted Bb 67 eos¹] eosdem Ly | potest] tenetur Ly | terra] sua added We 68 vel] aut We | Rex] reges Ly | aut] vel Ly 69 tenentur] tenetur Bb debent Ly | nec] non An | debent] debet Bb An Fi We 70 receptare] recipere Ly | possunt] potest Bb Fi | aut] ac We

56-57 ...previdentur] Gregory the Great, *Homiliarum in evangelia libri duo*, II,35,1 in *Patrologia Latina* 76, col. 1259C 57-58 ...ante] W.J. Chase, ed., *The Distichs of Cato*, Madison, Wisc., 1922, p. 12, no. 24

etiam captivare, vel penitus extirpare. Qui autem talem obtinet super hereticos potestatem debet de terra sua **expurgare hereticos et per hoc terram suam** de omni pravitate heretica expurgare, quia terra de hereticis expurgata de omni pravitate heretica expurgari dinoscitur. Patet ergo quod spectat ad reges et principes impedire
 75 ne doctrina pape erronea in eorum regnis et dominiis divulgatur aut quomodolibet teneatur. Qui autem potest facinus prohibere et non prohibet, cum tamen hoc ad ipsum pertineat, eidem facinori favet. Reges ergo et principes qui sciunt doctrinam pape esse hereticam, vel si ignorant, laborant ignorantia crassa et supina, quia
 80 nolunt scire doctrinam pape esse erroneam, aut negligunt indagare, si non prohibent eam in suis regnis et dominiis, sunt inter fautores heretice pravitatis computandi.

Capitulum 54

Discipulus: Hec, ut puto, ab hiis que tractata sunt supra libro sexto cap. 99 dependent, ideo, hiis omissis, tertium quod est supra cap. 52 premissum probare coneris.

5 **Magister:** Tertium ibi premissum est quod, si rex aliquis propter potentiam temporalem pape heretici et suorum sequacium vel sibi faventium probabiliter et ex causis urgentibus formidaret quod ex prohibitione doctrine pape heretici in regno suo nulla utilitas, neque spiritualis neque corporalis, fidelium sequeretur, sed magis catholici turbarentur et plures averterentur a fide, a tali prohibitione cessare deberet

72 debet...sua] debere terram suam Ly | expurgare...suam] **Kn:** omitted Ww 73 expurgare] dinoscitur added Ly | de¹] que We | expurgata] expurgatur We 73-74 de²...dinoscitur] dinoscitur iuste regulata Ly 74 impedire] imperare Bb An Fi 75 ne] nec Bb 76 facinus] faciliter We | hoc] omitted We 77 pertineat] prohibere added We 78 hereticam] erroneam An Fi | vel...ignorant] omitted An Fi Ly 79 esse] hereticam vel added We 78s laborant...erroneam] omitted An Fi 79 indagare] **an doctrina pape sit erronea** added We 80 eam] doctrinam pape erroneam We
 2 sunt] omitted We | supra] omitted Ly 3 tertium] omitted Ly | est] Na Di: omitted Ww | quod...supra] omitted Na | premissum] Di promisi Ly An Fi Ax promisisi Vg Bb Vc We permisi Na 4 coneris] conaris Na 5 premissum] promissum Ly Vc | est] omitted Di | potenciam] potestatem Di 6 ex] certis added Di 8 spiritualis] corporalis Di Vc | neque²] omitted Bb | corporalis] temporalis Ly spiritualis Di Vc | sequeretur] sequitur An Fi Na 9 plures] omitted Ax | averterentur] adverterentur Ax We | deberet] deberent Ly debet We

et quod doctrina predicta publicaretur et doceretur in regno suo sustinere, quod 10
videtur posse probari.

Primo sic. Oportet regem, sicut et quemlibet alium sapientem, extremam dementiam
declinare. Sed talis prohibitio esset extreme dementie, quia non minoris dementie
est frustra niti et nichil nisi turbationem bonorum querere quam frustra niti et nil
nisi odium querere, quod extreme dementie est, Ieronimo attestante, qui, 15
approbando sententiam cuiusdam, ait in prologo Esdre: “frustra autem, ut ait
quidam, niti neque aliud se fatigando nisi odium querere, extreme dementie est.”
Ergo rex qui per prohibitionem huiusmodi nil nisi turbationem fidelium quereret, a
tali deberet turbatione cessare.

Secundo sic. Non minus omittenda est prohibitio doctrine erronee pape propter 20
vitandam turbationem fidelium absque omni utilitate eorum (et etiam infidelium)
quam sit omittenda correctio propter schisma vitandum, quia schisma ideo
vitandum dinoscitur quia est Christianitati nocivum. Sed turbatio fidelium absque
omni eorum utilitate est Christianitati nociva. Ergo sicut schisma est vitandum, ita
turbatio fidelium absque eorum utilitate est penitus declinanda. Sed propter schisma 25
vitandum ommittenda est correctio, teste Augustino, qui, contra epistolam
Parmeniani, ut legitur 23 q. 4 cap. *Cum quisque*, ait: “cum quisque fratrum et
christianorum, intus in ecclesie societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit
deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis

10 quod¹] talis *added* Ly | predicta] *omitted* Ly pape erronea We | 11 videtur] videretur Ly *omitted* Bb
13 extreme] extrema Ly | dementie¹] dementia Ly | quia...dementie] *omitted* Ly 14 est] et Ly
| quam] quoniam Ly 15 quod] quia An Fi *omitted* Ly 16 sententiam] dictum We | cuiusdam] *omitted* Fi
neque] nec Ly | querere] *omitted* Fi | est] *omitted* An We 18 turbationem] perturbationem Ly 19
turbatione] prohibitionem We 21 absque] ab Fi | etiam] est Bb An Fi We 22 ideo] *omitted* Ly 22-23
...vitandum] *omitted* Fi 23 turbatio] sic *added* Ly 24 eorum] fidelium et infidelium We 25 absque]
omni *added* We | eorum] fidelium We 24-25 Christianitati...est²] *omitted* Bb
26 ommittenda] committenda Fi 27 et] *omitted* Bb 28 intus] *omitted* Ly

16-17 in...est] Jerome, *Prologus to Esdras*, in *Biblia Latina cum glossa ordinaria*, ed. Adolph Risch
1480, repr. Brepols-Turnhout 1992, vol. II, fol. 261a 27-32 ...discipline] C.23 q.4 c.19, col. 706

30 nullum est”. Et infra: “quando cuiusque crimen notum est, et omnibus execrabile
 apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit
 schisma contingere, non dormiat severitas discipline”. Ex quibus verbis colligitur
 quod propter schisma vitandum a severitate correctionis et discipline oportet
 cessare. Ergo consimiliter propter turbationem fidelium declinandam oportet regem
 35 a prohibitione doctrine pape erronee ad tempus cessare.

Discipulus: Dicitur forte quod secus est quando fides impugnatur et quando alia
 peccata committuntur. Licet enim a correctione aliorum excessuum sit cessandum
 propter schisma vitandum, tamen quando fides impugnatur oportet illos ad quos
 spectat resistere, quia, ut allegatum est supra, in decretis 7 q. 1 *Adversitas* para.

40 *Cum vero* sic legitur: “cum vero non prelatorum tantum, sed totius ecclesie salus
 queritur, fides impugnatur, necesse est ut ex adverso ascendant, et in die belli
 seipsos murum opponant pro domo Domini, animas suas ponant pro ovibus suis, ut
 exemplo sue passionis attendant quos sermone doctrine diutius confirmare non
 valent”. Ex quibus verbis colligitur quod, cum fides impugnatur, prelati non tacere
 45 aut dissimulare sed resistere debent usque ad sanguinem, ergo ratione consimili
 reges, quando impugnatur fides, usque ad mortem tenentur resistere, quia, sicut
 prelatos oportet ecclesiam defensare sermone, doctrina, et vita bona, ac tandem, si
 opportuerit, passione, ita et reges per potentiam temporalem ecclesiam defensare
 tenentur. Quare, si papa hereticus fidem impugnat, reges et principes dissimulare
 50 minime debent, sed debent sibi resistere viriliter et potenter etiam usque ad mortem,
 iuxta illud Sapientis: “usque ad mortem certa pro iustitia”. Et eadem ratione
 certandum est usque ad mortem pro fide, cum multo magis certandum sit pro fide

30 cuiusque] cuiusquam Ly cuiuscunque We | et] *omitted* We in *added* Bb We | omnibus] extra *added*
 An We 31 apparet] appareat Ww | possit] posset Ww 32 dormiat] dormitet Bb An Fi We | verbis]
omitted Ly 33 vitandum] *omitted* An Fi 34 Ergo] et *added* Ly 36 Dicitur] diceretur We 39 ut] sicut An |
 Adversitas] *omitted* An Fi We | para] *omitted* An Fi 41 ascendant] ascendat An Fi 42 ut *added* Ly |
 Domini] dei Fi We 44 non] debent *added* Ly 47 doctrina] doctrine We | vita] veritati An Fi We 49
 dissimulare] dissilare Fi 50 sed] ymmo Ly 52 est] magis *added* Ly | cum...fide] *omitted* Ly

39 ...supra] 1 Dial. 7.38 40–44 sic...valent] C.7 q.1 c.48, cols. 586-7 51 Sapientis...iustitia]
 Ecclesiasticus 4:33

quam pro quacunq[ue] humana iustitia aut patria vel subditis seu re temporali quacunq[ue].

Magister: Respondetur quod positionem predictam nequaquam intelligis. Non enim 55 intendit quod nunquam spectet ad reges et principes etiam usque ad mortem pro fide certare catholica, sed vult quod cum ex certamine nulla penitus speratur utilitas, sed de notabili et periculosa aut pernicioosa turbatione probabiliter dubitatur, abstinendum est ad tempus a tali certamine, exemplo Christi et Pauli ac aliorum plurimorum sanctorum, qui interdum non tantummodo certantibus minime 60 restiterunt, sed etiam fugerunt de loco certaminis. Ubi autem reges et principes ex certamine tali et resistentia ac prohibitione doctrine erronee pape heretici fructum aliquem spiritualem sperarent, etiam usque ad mortem oporteret eos, si velint veri catholici reputari, doctrine pape resistere, et eam in suis regnis et dominiis prohibere. Quemadmodum prelati, quando exemplo sue passionis possent subditos 65 attendere, quos sermone doctrine confirmare nullatenus potuerunt, deberent ascendere ex adverso et animas suas pro ovibus ponere.

Cum ergo dicitur “cum vero non prelatorum tantum etc.”, respondetur quod, quando fides impugnatur et ex passione prelatorum speratur pro fide quod catholici confirmabuntur in fide, tunc prelati debent mortem suscipere. Si autem ex passione 70 sua confirmationem fidelium non sperarent, sed timerent quod post mortem suam fideles infirmi in fide catholica fluctuarent, deberent mortem fugiendo vel dissimulando vitare, et alia tempora quibus valerent fructum facere expectare, cuius sententie videtur esse beatus Gregorius, qui, in libro Dyalogorum, ut habetur 7 q. 1

55 positionem] rationem An Fi Ly | intelligis] intelligi An We 56 spectet] pertinet Bb spectat Ly
 57 certamine] certacione Ly 58 aut] et Ly | aut pernicioosa] omitted Bb 59 tali] omitted An |
 Christi] beati petri Ly
 60 certantibus] certatibus Bb | minime] resisterent added Bb An We
 61 restiterunt] resisterent Fi | Ubi] ut Fi 62 tali] omitted Fi | heretici] omitted Ly| fructum]
 omitted Fi 63 spiritualem] omitted An | oporteret] oportet Ly | eos] omitted Fi | velint] vellent We |
 64 reputari] reperiri Bb An reperari Fi 66 potuerunt] poterint Ly | deberent] debent Ly 67 ascendere]
 adscendere We 68 tantum] omitted An Fi We 69 prelatorum] omitted Ly 72 fluctuarent] flutuarent We
 | deberent] debent Ly 73 alia...quibus] alio tempore quo Ly | fructum] fructus An | valerent...facere]
 fructum facerent We | expectare] expectarent An

74–86 ut...quesivit] C.7 q.1 c.49, col. 588

75 cap. *Ibi*, ait: “ubi omnino fructus de bonis deest, sit aliquando de malis labor
 supervacuum, maxime si e vicino cause suppetant, que fructum Deo valeant ferre
 meliorem. Sepe agitur in animo perfectorum quod silentio pretereundum non est,
 quia, cum laborem suum sine fructu esse considerant, in loco alio cum fructu ad
 laborem migrant. Unde ille quoque egregius predicator, qui dissolvi cupiebat et esse
 80 cum Christo, cui Christus est vivere et mori lucrum, qui certamina passionum non
 solum ipse appetiit, sed ad tollerandam hec etiam alios accendit, Damasci
 persecutionem passus, ut potuisset evadere, murum, per funem sportamque quesivit
 seque latenter deponi voluit. Num quidnam non Paulum mortem timuisse dicimus,
 quam se ipse pro Iesu amore testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi
 85 fructum adesse conspiceret, gravem ad laborem se alibi cum fructu servavit; fortis
 etenim Dei preliator teneri intra claustra noluit, sed certaminis campum quesivit”.
 Ex quibus colligitur quod fidei zelatoribus licet intentione fructum faciendi
 maiorem campum certaminis pro tempore declinare.

Quare, quamvis reges et principes, si viderint quod prohibitio doctrine pape erronee
 90 in regnis et terris sibi subiectis est ad honorem Dei et fidelibus fructuosa, doctrinam
 pape erroneam ne inficere valeat orthodoxos debeant prohibere, et pro tali
 prohibitione tenenda, si opportuerit, etiam arma movere (exemplo sincerissimi

75 *Ibi*] ubi Ly An 76 supervacuum] superva gap Fi | Deo] domino Bb An We 77 silencio] *omitted* Bb
 An Fi We 78 fructu¹] fructum Bb | considerant] considerent An Fi | alio] alias Bb An Fi 79 predicator]
 predicatorum Bb | cupiebat] cupiat Bb An Fi | et] etiam An 81 appeciit] appetat An We | sed] etiam
added Ly | tollerandam] tolleranda Ly 82 potuisset] potuissent Fi | per] *omitted* Ww | funem
 sportamque] sportam funemque Ww 83 Num quidnam] nunquid Ww | non] nam We vero Ly | Paulum]
 paulus Bb 84 quam] quem Bb An Fi We | ipse] ipsum Ly | Iesu] christi Bb An Fi | testatur] attestatur
 Ly 85 conspiceret] speraret Fi 86 etenim] etiam Bb An We est Fi | preliator] prelator Fi
 87 quod] qui *added* An 89 quamvis] *omitted* Ly 90 Dei] fidei Ly | fidelibus] fidelium We 91
 erroneam] *omitted* We | debeant] debent Ly 92 tenenda] tuenda Ly | si opportuerit] *omitted* Ly

zelatoris legis Dei Iude Machabei qui, suos confortans ad bellum pro lege divina, ut legitur 1 Mach. 3, ait: “accingimini et estote filii potentes et estote parati in mane ut pugnetis adversus nationes has que convenerunt disperdere nos et sancta nostra, 95 quoniam melius est nos mori in bello quam videre mala gentis nostre et sanctorum”), tamen quando rex aliquis aperte videret quod sine fructu et cum turbatione perniciosa fidelium doctrinam pape erroneam prohiberet, dissimulare deberet et tempus aliud expectare quo cum fructu maiori doctrinam eandem pestiferam prohibere et de suo regno penitus extirpare valeret. 100

Discipulus: Rationem predictam intelligo, licet casus predictus quem innuit michi penitus impossibilis videatur. Ideo alias rationes ad assertionem eandem adducas.

Magister: Tercia ratio principalis est hec. Non minus dissimulanda vel tolleranda ad tempus est doctrina pape erronea propter stragem spiritualem et corporalem vel etiam tantummodo spiritualem populorum multorum vitandam, quam propter 105 stragem corporalem vitandam sit propter alios excessus severitati correctionis et iustitie detrahendum. Sed propter stragem multorum vitandam sunt alia flagitia minime punienda, teste Augustino, qui, scribens ad Bonifacium, et habetur dis. 50 cap. *Ut constitueretur*, ait: “ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum, sed plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid 110 severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat. “ Ergo consimiliter,

93 bellum] bellandum An We | pro lege] *omitted* Bb 94 legitur] habetur Ly tenetur Fi | 3] Ly: 4 Ww | et estote] *omitted* Ly 95 has] Vulg: *omitted* Ww | convenerunt] Vulg: venerunt Ww 96 nos] nobis Bb An Fi We *omitted* Ly 96 mala] interitum Ly 97 quando] si Ly | fructu] fidelium *added* Ly | turbatione] conturbatione Ly 98 fidelium] esset prohibere Ly | prohiberet] *omitted* Ly 99 aliud] *omitted* An Fi 101 predictus] *omitted* We 102 impossibilis] impossibile esse We 103 vel tolleranda] *omitted* Bb | ad] a We 104 tempus] conveniens *added* Ly | est] et An 105 populorum] et *added* Ly | vitandam] intantam Bb *omitted* Ly 106 sit] sive Ly | propter] per Bb | severitati] severitatis Ly 108 Augustino] augustinus Bb | et] ut Fi An Ly 110 strages] spiritualis *added* Ly | iacet] latet Bb 111 caritas] catholica Ly | subveniat] **et eadem verba ponuntur 23 q. 4 c. illa pietas** *added* We permaneat fides Ly | Ergo] unde Ly

94–96 ...sanctorum] 1 Machabees 3:58-9 108–111 dis...] D.50 c.25, col. 187

ubi sine omni fructu plurimorum strages spiritualis iaceret, quia plurimi averterentur a fide si rex prohiberet doctrinam pape erroneam, est a prohibitione huiusmodi abstinendum.

- 115 Quarto sic. Sicut rex preceptis et statutis aut etiam, si oportuerit, materialibus armis debet doctrinam pape erroneam extirpare, ita predicatorum et doctores ac magistri apertis rationibus et Scripturarum testimoniis debent doctrinam pape erroneam impugnare. Sed predicatorum et doctores ac magistri non debent sine fructu et cum turbatione fidelium doctrinam pape erroneam expugnare, ipsa Veritate
- 120 testante, que ait Matth. 7: “nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas vestras ante porcos. “ Ergo nec rex sine fructu cum turbatione fidelium debet in regno suo doctrinam pape erroneam prohibere, sed tempus in quo valeat cum fructu extirpare ipsam expectare tenetur.

- Quinto sic. Quod non est ad gloriam Dei est minime faciendum, quia nichil nisi ad gloriam Dei fieri debet, teste Apostolo qui 1 Cor. 10 ait: “omnia in gloriam Dei facite, “ qui etiam Coloss. 3 ait: “ omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine Domini Iesu. “ Sed prohibitio doctrine pape erronee sine omni utilitate cum turbatione fidelium non esset ad gloriam Dei. Ergo in hoc casu rex non debet in suo regno doctrinam pape erroneam prohibere.

Capitulum 55

Discipulus: Quia reor quod, si unquam aliquis papa fiet hereticus, omni regi Christianitatis potenti in regno suo, si sapienter et prudenter processerit, facile erit

112 iaceret] An | quia] ita ut Ly 113 erroneam] hereticam Ly ergo added Ly 115 sic] arguitur added Ly. 116 erroneam] hereticam We 120 mittatis] omitted Bb 121 fructu] et added Ly 122 quo valeat] quod valeant An | fructu] fructum Bb 123 ipsam] ipse Ly doctrinam pape hereticam We | expectare] extirpare Bb explicite An 125 1] ad added Ly Fi | omnia] que facitis added Ly 126 facite] fidem Fi | etiam] ad added Ww | omne] omnia Ly | quodcumque] quod Bb An Fi que Ly 127 Domini] nostri added Ww | Iesu] christi facite added Ww | Sed] omitted Bb 128 utilitate] et added Ly omitted | non] omitted Fi 129 pape] omitted Ly 2 fiet] fieret Ly | omni] no Bb 3 potenti...suo] omitted Ly

120-121 Matth...] Matthew 7:5 125-126 1...] 1 Corinthians 10:31 126-127 omne...] Colossians 3:17

absque omni notabili periculo spirituali vel corporali de regno suo doctrinam pape
 erroneam extirpare, et ideo, si rex aliquis sustinebit doctrinam eandem in regno suo 5
 et terris sibi subiectis doceri, publicari, et teneri, hoc accidet aut propter defectum zeli
 ad catholicam fidem, aut propter defectum sagacitatis et prudencie, aut propter
 cupiditatem pecuniam aut divicias extorquendi a papa heretico, aut propter
 corrupcionem aliam que ab omni rege christiano elongari deberet, et ita opinor quod
 casus quem innuit predicta opinio nunquam eveniet. Ideo circa eandem opinionem 10
 non amplius immoreris, sed ad publicas potestates et communitates te converte, et
 dic an publice potestates et communitates regibus et principibus inferiores, si
 sustinuerint sequaces pape heretici doctrinam eius erroneam divulgare, docere, et
 tenere, debeant inter fautores hereticorum et heretice pravitatis computari.

Magister: Publice potestates regibus et principibus inferiores, et communitates, 15
 quantum ad fidem catholicam defendendam et pravitatem hereticam extirpandam a
 regibus et principibus nequaquam differre videntur, nisi quoad potestatem
 temporalem, quia minoris potencie sunt communiter quam reges et principes, et ideo
 nonnullis apparet quod per illa que dicta sunt de regibus et principibus patere
 potest quid de aliis publicis potestatibus et communitatibus sit tenendum. Si enim 20
 aliqua publica potestas vel communitas est tante potencie quod cum fructu spirituali
 potest doctrinam pape erroneam prohibere, ad hoc tenetur de necessitate salutis. Si
 vero est tam parve potencie temporalis quod ex prohibitione doctrine illius
 sequeretur turbacio fidelium absque omni fructu spirituali, eam dogmatizari licite
 sustinebit, et ad tempus aliud expectabit. 25

Discipulus: Quomodo scietur an aliqua potestas vel communitas sit tante potencie
 quod cum fructu spirituali poterit doctrinam pape erroneam extirpare vel prohibere.

5 sustinebit] substinebit We sustineat Ly | eandem] pape erroneam We erroneam Ly | suo] etiam *added*
 Bb An We 4-5 doctrinam...suo] *omitted* Bb 6 et¹] in Ly | accidet] accideret Ly 7 ad] aut An 8
 pecuniam] pectuniam An pecunie Ly | aut²] *omitted* An 9 deberet] debet An 10 eveniet] venerit Ly 11
 immoreris] moreris An Fi | communitates] communione An 17 potestatem] potentiam Bb 18
 communiter] communitates Fi An Ly 19 illa] ea An Fi 20 publicis] simplicibus Ly | et communitatibus]
omitted An We Ly 23 illius] pape erronee We 24 eam] doctrinam pape erroneam We eandem Ly 25 ad]
omitted We 27 extirpare vel] *omitted* We

Magister: Respondetur quod quecumque persona vel communitas est tante potentie quod pro rebus temporalibus vel honoribus obtinendis vel tenendis vel pro
 30 quocumque dampno vel incommodo temporali vitando audet pape sive catholico sive heretico rebellare et resistere, debet tante potentie reputari quod auderet et posset pro fide defendenda doctrinam pape erroneam prohibere, quod si non fecerit, debet censeri zelum fidei catholice non habere, ymmo fautrix heretice pravitatis est merito iudicanda. Ad quamlibet enim personam et communitatem super alios potestatem
 35 habentem spectat sibi subiectos, cum potest, a pravitate heretica preservare. Quod sic ostenditur. Aut prelati sunt solliciti pravitatem hereticam pape heretici extirpare, aut sunt dampnabiliter negligentes. Si sunt solliciti, et non possunt per se **eam** extirpare, brachium invocant seculare. Seculares autem a prelati ecclesie requisiti tenentur fideliter adiuvare ut pravitas heretica confundatur. Ergo in hoc casu
 40 tenentur doctrinam pape erroneam prohibere. Si autem prelati in extirpando hereses pape et sequacium eius sunt dampnabiliter negligentes, in hoc casu debent seculares minime requisiti, si possunt cum fructu spirituali, pravitatem hereticam et hereticos extirpare. Ergo ubi veritas catholica ad hoc ut defendatur, et pravitas heretica ut confundatur, requirit opem et operam seclarium super alios potestatem habentium,
 45 ipsi, si possunt cum fructu spirituali, de necessitate salutis sunt astricti doctrinam pape erroneam prohibere et totis viribus impedire, ne, dogmatizata et publicata, inficiat orthodoxos.

Capitulum 56

Discipulus: Licet circa istam rationem possent dubia et obiectiones multe moveri, quia tamen ad ea potest per precedentia faciliter responderi, pertranseo, et de

28 quod] nequaquam *added* Ly 29 quod] quando Ly | vel¹] pro *added* Ly | tenendis] retinendis Ly
 30 audet] auderet Ly auderit We 31 et¹] si *added* An Ly | resistere] se Ly | debet] scire Ly 32 prohibere] defendere An ad hoc teneretur *added* Ly 35 habentem] habentes Bb An Fi We 37 sunt²] sint Ly | eam] **Di Vc:** eas Bb An Fi Ly hereses pape heretici We 38 invocant] invocent Ly | Seculares] seculare Bb | a] *omitted* Ly 40 erroneam] hereticam We 42 requisiti] requisit Bb | si] qui Bb | et hereticos] *omitted* An 44 alios] aliqua Bb 46 totis] iuris *added* An | dogmatizata] dogmatizatur We dogmatizetur Ly | et²] ne Ly

2 possent] possunt Ly multa *added* Ly Vc | multe] multa We | per] *omitted* An | responderi] respondere Bb

simplicibus nullam super alios potestatem habentibus interrogo an sint fautores hereticorum et heretice pravitatis si doctrine pape erronee non resistunt. 5

Magister: Ista interrogatio dupliciter potest intelligi, quia aut intelligitur de aliqua tota multitudine simplicium nullam super alios potestatem habentium, aut intelligitur de quolibet tali simplici. Si intelligitur primo modo, dicitur quod si est tanta multitudo quod cum fructu spirituali posset doctrinam pape erroneam prohibere, censenda est favere hereticis et heretice pravitati, nisi resistat. Hoc 10 probatur primo sic. Non minus tenetur multitudo talis defendere fidem et resistere destruentibus eam quam tenetur resistere invadentibus inique et iniuste socium vel patriam. Sed talis multitudo tenetur resistere invadentibus inique et iniuste socium vel patriam (23 q. 3 c. *Fortitudo*). Ergo multo magis tenetur resistere, si potest, destruentem fidem. Quare, si papa vult fidem destruere et hereticam inducere 15 pravitatem, multitudo que potest sibi resistere debet ei viriliter obviare, et ne inficiat catholicos impedire.

Secundo sic. Ad eosdem spectat defendere Christum et fidem eius. Sed ad multitudinem que nequaquam super alios potestatem habebat, pertinebat defendere Christum, teste Augustino, qui, ut allegatum est supra, et legitur 23 q. 3 c. ultimo, 20 ait: “ostendit propheta nec illos immunes a scelere esse, qui permiserunt principibus Christum interficere, cum pro multitudine timerentur, et possent illos a facto, et se a consensu liberare. “ Ergo ad multitudinem similiter spectat fidem Christi defendere, nec sunt immunes a scelere si permittunt pape, prelatis, regibus, principibus, et publicis potestatibus quibuscumque, fidem subvertere orthodoxam, si pro multitudine 25

9 posset] potest Ly 10 nisi resistat] si non resistit Ly 11 probatur] pro Bb | et] *omitted* Bb 12 eam] fidem We | inique...iniuste] *omitted* We 13 et] vel An Fi Ly 15 Quare] si Fi 18 sic] ad quos spectat Christum defendere *added* Ly | defendere...et] *omitted* Ly | eius] defendere *added* Ly 19 que] *omitted* Ly | habebat] habentem Ly | pertinebat] pertinet Ly 20 Augustino] augustinus Bb | qui] *omitted* Ly | ut] sicut We | et legitur] *omitted* Ly | 3] *omitted* An
21 ostendit] oportet An | propheta] prophetam An Fi
22 pro] pre Ly 23 similiter] *omitted* Ly 24 regibus] et *added* Ly An 25 subvertere] pervertere An | pro] pre An Ly *omitted* Bb

14 ...Fortitudo] C.23 q.3 c.5, col. 897 20 ...supra] 1 Dial. 6.37.84-103 21-23 ...] C.23 q.3 c.11, col. 898

timeantur et possint illos a facto et se a consensu liberare, quia, sicut dixit Augustinus ibidem: “ qui desinit obviare perversis cum potest et non facit, consentire videtur “. Et ideo si multitudo Christianorum super alios potestatem nequaquam habentium posset resistere doctrine pape erronee et non faceret, consentiret eidem.

- 30 Consimiliter si multitudo simplicium in uno regno vel in uno ducatu vel in una civitate posset prohibere tam sequaces pape heretici quam dominum temporalem ne publicarent vel facerent aut permetterent publicari doctrinam pape erroneam, quam scirent esse erroneam, et non facerent, inter consentientes doctrine erronee pape computari deberent, et causa secundum istos sepe tacta est prius, quia, videlicet,
- 35 nullius rei temporalis vel hominis cuiuscunque mortalis defensio magis spectat ad quemcumque hominem vel multitudinem Christianorum quam defensio fidei orthodoxe. Et ideo si multitudo in quocunque casu contra regem proprium, vel dominum temporalem, vel papam, vel alium quemcumque quamcumque rem temporalem vel hominem debet defendere, multo magis contra eundem debet
- 40 defendere fidem, si potest. Constat autem quod si papa vel rex vel dominus temporalis vellet omnes viros et mulieres, parvulos et innocentes corporaliter trucidare, totam terram vastare et ad solitudinem et desertum reducere, multitudo simplicium super alios nequaquam potestatem habentium deberet pape, regi, et cuicumque domino temporali resistere. Ergo si papa, reges et principes, ac alii
- 45 domini temporales vellet fidem destruere et ad sectam falsam sibi subditos inducere, multitudo eis teneretur resistere, cum posset, quia aliter consentiret eisdem. Verumptamen, si multitudo propter imperitiam nesciret doctrinam pape esse erroneam, et ignorantia crassa et supina minime laboraret, excusaretur,

26 timeantur] timentur Ly | possint] possunt An Ly | se a] *omitted* An 27-28 qui...videtur] Ww: qui desinit obviare cum potest consentit Fb 29 habentium] habentibus Bb An We Ly 30 Consimiliter] similiter Ly si] *omitted* Ly 34 videlicet] videt Bb 36 quemcumque hominem] quamcumque personam We 38 papam] popam Fi | alium] dominum *added* Ly | quamcumque] *omitted* Fi Ly | rem] *omitted* Ly 39 temporalem] *omitted* Bb 38-39 vel¹...temporalem] *omitted* An 41 et¹] *omitted* We 42 et²] *ad added* Ly | reducere] decere Fi 44 cuicumque] cuilibet An Fi We | ac] aut Ly 45 sectam] septam We 46 teneretur] tenetur We Ly 48 ignorantia] ignorantiam Bb

quamvis doctrine pape erronee nullatenus obviaret, quemadmodum turba Iudeorum
fuisset excusata de morte Christi si, ipsis nescientibus et ignorantia crassa et supina 50
nequaquam laborantibus, Christum principes occidissent.

Si autem interrogatio tua intelligitur divisim de simplicibus super alios potestatem
nequaquam habentibus, sic dicitur quod si unus solus posset cum fructu dicte
doctrine resistere et alios ad resistendum provocare, si non resisteret esset fautor
hereticorum et heretice pravitatis. Verumptamen, sicut simplices non semper 55
tenentur scire doctrinam pape heretici esse erroneam quando prelati et alii maiores
scire tenentur, quia non ita faciliter possunt scire (reges et principes ac quedam alie
publice potestates possunt sepe vocare peritos et per eos cognoscere veritatem de
doctrina pape heretici quos simplices vocare non valent), ita in multis casibus
simplices non tenentur dicte doctrine resistere quando prelati, reges, principes, ac 60
alie publice potestates tenentur obviare.

Discipulus: Hic essent multa querenda que abbreviationis causa dimitto, et unum
tantum interrogo, an scilicet reges et principes ac alie publice potestates teneantur
vocare peritos, et quomodo debent per eos querere de doctrina predicta.

Magister: An teneantur vocare peritos, et quando ex predictis 65
dependere videtur. Sed quomodo per eos debent querere veritatem superius minime
est discussum. Circa quod dicitur, cum publice potestates qui peritos vocaverunt
debent eis indicare iuramentum, ut dicant plenam et meram veritatem de doctrina
pape que reputatur heretica, eis fortiter comminando quod, si a veritate et scientia
deviaverint, in perpetuum confundentur, et firmiter promittendo quod, si plenam et 70

50 et¹ nec Ly 51 nequaquam] omitted Ly 53 sic] sicut Bb An We | cum fructu] freicum Bb | dicte]
pape heretici We 55 hereticorum et] omitted Ly 57 scire²] cum added Ly | reges¹] et enim added Bb
58 de] et Bb 59 valent] debent Fi 60 dicte] pape heretici We | resistere] et added We | prelati]
omitted Ly doctores added We | reges] omitted Ly et added We 62 abbreviationis] brevitatis Ly 63 alie]
omitted Ly 64 debent] debet Bb An | predicta] pape heretici veritatem We 65 an teneantur] respondetur
quod alii tenentur Fi An Ly | et quando] quod Ly 66 debent] debet An | querere] inquirere Ly omitted
Fi 67 cum] qui An Ly 68 debent] debeat We | meram] veram An 69 scientia] consciencia Fi We Ly

meram veritatem dixerint, eos honoribus premiabunt, et ab omni confusione et impugnatione in perpetuum defensabunt.

Discipulus: Dubito quod si unquam aliquis papa erit hereticus multitudo peritorum ei firmiter adhaerebit, et ideo necesse erit, si rex aliquis vel alius potens velit ab eis
75 querere veritatem de doctrina pape heretici, eos per iuramenta et per horribilissimas
comminationes constringere. Sed dic quid faciendum est de peritis, si respondere
recusent.

Magister: Ad hoc respondetur quod in hoc casu sunt habendi suspecti de heretica
pravitate, nec unquam eis in aliquo negotio est credendum, quia, sicut habetur 2 q. 7
80 c. *Non potest*: “non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidelis”.

Capitulum 57

Discipulus: Quamvis quamplurima adhuc circa fautores heretice pravitatis essent
discutienda, illis tamen pro nunc omissis, que ad tractatum De gestis circa fidem
altercantium orthodoxam reservo, ad fautores tantummodo hereticorum me
5 transfero, de quibus discutias primo qui sunt fautores hereticorum.

Magister: Dicitur quod illi sunt fautores hereticorum qui, quamvis de erroribus
eorumdem se nullatenus intromittant, personis tamen eorum favent, prebendo eis
consilium vel auxilium aut qualemcunque favorem, non ut errores suos divulgent,
doceant, vel defendant, sed ut personas suas conservent, custodiant, vel defendant,
10 aut ut ditiores, maiores, vel contra alios potentiores fiant.

71 meram] veram Ly 72 in perpetuum] omitted Ly 73 erit] est Ly esset 75 heretici] oportet Ly | per²] omitted We 77 recusent] recusant We Ly 79 in aliquo] magno Ly | sicut] sic Ly | 2] 20 Ly 80 Non potest] omitted Ly

4 orthodoxam] orthodoxorum Bb An Fi 6 Magister...hereticorum] omitted Ly 7 intromittant] intromittunt Ly 9 vel¹] et Ly | sed...defendant] omitted Ly 10 aut] omitted Ly | diciore] diciore Bb doctores et Ly

80 ...infidelis] C.2 q.7 c.24, col. 488

Discipulus: De talibus fautoribus hereticorum dictum est supra cap. 27. Quantum pro nunc, requiro quo ad hoc ut sciatur qui sunt fautores hereticorum. Ideo nunc breviter dic qua pena isti fautores hereticorum sint plectendi.

Magister: Pena taxatur explicite Extra, *De hereticis, Excommunicamus*, 1^o para. *Credentes*. Ibi enim loquitur de pena illorum qui sunt fautores hereticorum et non sunt fautores heretice pravitatis. 15

Capitulum 58

Discipulus: Licet ex hiis que sunt in isto septimo pertractata via videatur aperta ad sciendum et cognoscendum qui sunt censendi fautores tam hereticorum quam heretice pravitatis, tamen circa utrosque fautores unam tantummodo difficultatem discutias, an scilicet communicantes et obedientes pape heretico vel cuicumque alii prelato heretico sint censendi fautores tam hereticorum quam heretice pravitatis. 5

Magister: Unam interrogationem proponis que tamen duas includit, quarum una est de communicantibus pape heretico vel alio heretico, et alia est de obedientibus ei.

Discipulus: Ex quo dicis quod interrogatio mea duas includit, dic quomodo distinguuntur. 10

Magister: Respondetur quod distinguuntur sicut communicare et obedire. Multi *sepe* enim communicant alicui qui nequaquam obediunt, et multi obediunt alicui, servando eius mandata antiqua vel nova sibi per literas intimata, qui tamen sibi nequaquam communicant.

Discipulus: Dic ergo primo de communicantibus pape heretico. 15

12 quo] hoc quantum *added* Ly 11-12 Quantum...sciatur] sciantur Ly 12 ideo] *omitted* An Ly 12-13 Nunc...dic] dicas We 13 dic] et Ly 14 Pena] eorum *added* We | 1^o] *omitted* We Ly | para] 9 est *added* An 15 loquitur] legitur Bb | et] *omitted* Bb

2 septimo] capitulo Ly | videatur] videtur Ly 3 cognoscendum] tam *added* Ly | sunt] fautores hereticorum *added* Ly | fautores] quam Ly | tam hereticorum] *omitted* Bb | quam] *omitted* An Ly 4 utrosque] **tam hereticorum quam heretice pravitatis** We | fautores] *omitted* Ly | unam] viam Bb 5 discutias] discussa An | alii] ali An Fi We 6 sint] sunt An We Ly 8 ei] tali heretico We 12 qui] sibi *added* We | sepe] se Bb An Fi *omitted* Ly 13 antiqua...intimata] intimatas Bb

14-15 Extra...Credentes] X 5.7.13, col. 788

Magister: Contingit secundum quosdam communicare pape heretico multis modis. Uno modo corporaliter tantum, scilicet comedendo, bibendo, conversando, loquendo, alio modo ei in crimine quomodolibet consentiendo, ipsum videlicet quocunque modo, verbo vel scripto aut facto esse verum papam et catholicum
 20 asserendo. Qui primo modo tantum communicaret pape heretico, non esset propter hoc fautor tam hereticorum quam heretice pravitatis. Quod enim non esset fautor heretice pravitatis probatur ex hoc quod secundum Apostolum 1 Cor. 6 cum infidelibus absque favore infidelitatis licet taliter communicare. Ergo per talem communicationem cum hereticis non potest ostendi quod communicans sit fautor
 25 heretice pravitatis. Quod etiam non sit propter hoc fautor hereticorum patet ex hoc quod inimicus inimico suo non favet, et tamen contingit inimicum et insidiatorem taliter communicare alteri, teste Sapienti Ecclesiastici 13, qui, loquens de divite pauperi non favente sed pauperem consumente, ait: “si habes convivet tecum et evacuabit te et ipse non dolebit super te”. Ex quibus verbis colligitur quod convivere
 30 et communicare alicui potest esse absque omni favore.

Discipulus: Satis apparet michi quod contingit alicui communicare absque omni favore, immo ad detrimentum eius, sed nunquid contingit absque peccato communicare corporaliter tantum pape heretico.

Magister: Circa hoc possunt esse diverse sententie. Una, quod nullo modo licet
 35 cuicunque catholico communicare pape heretico, et hec sententia videtur posse probari. Regule scripture divine omnes Christianos astringunt. Sed in scriptura divina precipitur ne quis etiam corporaliter hereticis communicare presumat. Ergo

17 modo] *omitted* An 19 vel] *omitted* We | et] etiam et Ly *omitted* An | catholicum] catholicis Bb An
 20 tantum] tantummodo We 21 Quod] qui Bb Fi 22 probatur] *omitted* Fi 27 alteri] *omitted* Ly
 28 pauperi] iniuriam *added* Ly | favente] faciente Ly | consumente] conservante Bb An Fi | habes] qui
added An 31 apparet] *omitted* Bb | omni] *omitted* We 32 favore] favori An We Ly | nunquid]
 nunquam An Fi We Ly 35 sententia] sic *added* We 36 Regule] ratione An Fi Ly | divine] que *added* Ly
 | astringunt] astringit Fi Ly 37 etiam] ita Fi

22 ...6] 1 Corinthians 6:16 28-29 ...te²] Ecclesiasticus 13:5

nulli Christiano licet communicare etiam corporaliter pape heretico. Maior videtur nota. Minor probatur auctoritate beati Iohannis qui in canonica sua secunda ait: “si quis venit ad vos et hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec ‘ave’ ei dixeritis. Qui enim dicit illi ‘ave’ communicat in operibus illius malignis”.

Discipulus: Hec auctoritas ad hanc conclusionem prolixè tractata est supra libro sexto cap. 68. Ideo si habes aliam auctoritatem, adducas.

Magister: Hoc idem Apostolus Paulus sentire videtur qui, ad Titum scribens, ait: “hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita.” Ex quibus verbis colligitur quod postquam constiterit papam esse hereticum, est ab omnibus catholicis evitandus. Ergo non est sibi corporaliter communicandum.

Discipulus: Hec etiam auctoritas adducta est ibidem. Ideo narra sententiam contrariam.

Magister: Alia est sententia quod in casu licet communicare corporaliter tantummodo pape heretico. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod corporalis communio cum hereticis a iure divino minime prohibetur, sed tantummodo a iure humano, quod exemplo et auctoritate probatur. Exemplo quidem Iuliani apostate, qui fuit hereticus cui Christiani licite communicaverunt corporaliter, ut habetur 11 q. 3 cap. *Iulianus*, quod non fecissent si talis communio a iure divino fuisset prohibita. Et hoc eciam similiter exemplo et auctoritate Bonifacii martiris videtur aperte probari. Idem enim martir, ut legitur 11 q. 3 cap. *Antecessor*, scribens Zacharie pape, ait: “antecessor predecessoris vestri venerande memorie Gregorius, dum me indignum ordinavit et ad predicandum verbum Dei Germanicis

38 corporaliter] *omitted* An 39 qui] *omitted* We | in] *omitted* Bb An Fi | secunda] *et sign* i.e. 2 Bb qui We *omitted* An | 40 vos] nos Bb | adfert] assert Ww affert 41 in] *omitted* Ly Bb Fi Ly 45 devita] dimitta Bb 46 colligitur] patet Ly 47 catholicis evitandus] devitandus We | sibi] etiam *added* We | communicandum] communicandus An Fi 48 ibidem] et *added* Ly 52 minime] *omitted* Ly 53 quidem] quidam Ly 56 Et] *omitted* Ly | similiter] consimili modo Ly 57 probari] probare Fi probatur An | enim] *omitted* Fi

39–41 ...malignis] 2 John 1:10-11 44s ad...] Titus 3:10 55 ut...Iulianus] C.11 q.3 c.94, col. 669 57–66 11...potui] C.11 q.3 c.104, col. 673

60 gentibus misit, sacramento me astrinxit, ut canonicis et iustis epscopis et presbiteris
 in verbo et facto et consensu astipulator et adiuvator fierem. Hoc autem cum divina
 gratia implere studui. Falsos etiam sacerdotes hypocritas et seductores populorum
 vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem et abstinere a communione
 ipsorum, quod ex parte servavi, et ex parte custodire et implere non potui, sed
 65 spiritualiter implevi sacramentum, quia in consensum et in consilium eorum non
 venit anima mea, corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui”. Ex quibus
 verbis colligitur manifeste quod iste martyr licite corporaliter communicavit
 hereticis, quod tamen non fecisset si talis communio cum hereticis fuisset prohibita a
 iure divino.

70 **Discipulus:** Ex hiis verbis non habetur quod illi falsi sacerdotes quibus
 communicavit Bonifacius erant heretici, quia nec de hereticis fit hic mencio.

Magister: Quod fuerint heretici testatur Zacharias papa, qui, scribens eidem martiri,
 ut capitulum sequens ostendit, ait: “quod predecessor noster beate memorie
 Gregorius, huius sancte sedis apostolice presul, dum ad predicandum verbum Dei
 75 evangelii tuam misisset fraternitatem in Germanie partibus et gentibus illis paganis,
 et verbo pollicitationis illam voluit esse ante munitam, ita ut orthodoxos episcopos,
 presbiteros, vel quoscunque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos,
 amplius confirmares, et eis communicares, quod et factum est. Si quos vero
 seductores episcopos aut pseudopresbiteros a recto fidei tramite deviantes

60 sacramento] foris Fi 61 astipulator] stipulator Bb prelatorum *added* We | adiuvator] adiutor Ly |
 | autem] *omitted* We 62 Falsos] falso An | etiam] autem Ly | sacerdotes] sacerdote Bb et *added* Ly |
 et] *omitted* An 63 corrigerem] corrigere An Fi Ly 64 et²] *omitted* An Fi 65 quia] et *added* Bb We |
 consensum] consensu We Ly | in²] *omitted* Ly 70 falsi] falsos Bb An Fi 71 erant] essent Ly | quia]
 qui An | hic] *omitted* Fi 73 quod] *omitted* Ly | beate] bone Ww 74 Gregorius] atque *added* Ww 75
 misisset] omisisset Bb commisit Ly | fraternitatem] firmitatem Ww | et] *omitted* Ly in *added*
 Ww 76 voluit] novit An Fi Ly | munitam] communitatem Bb An Fi Ly | episcopos] et *added* Ly 77
 reperire] *omitted* Bb 78 et²] *omitted* Ly | quos] quis Bb An Fi We 79 pseudopresbiteros] presbiteros Bb An
 Fi Ly aut *added* Ly | tramite] tramitis Bb An We

reperisses, nulla tibi cum eis esset communio, quod te Deo sollaciante, usque ad 80
 presens spiritualiter servasse confessus es, vel, si omnino propter principalem et
 humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere non
 valuisti cogente ecclesiarum Dei necessitate, et tamen in eorum consilio et
 communionis consensu anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum
 eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum 85
 coram Deo". Ex quibus verbis aperte colligitur quod sacerdotes et episcopi quibus
 communicavit Bonifacius martyr fuerunt heretici et pseudopresbiteri a recto fidei
 tramite deviantes, quibus tamen communicando nullum detrimentum apud Deum
 incurrit. Ergo talis corporalis communio non est a iure divino prohibita.

Discipulus: Dic quomodo ex hiis concluditur quod contingit communicare pape 90
 heretico absque peccato.

Magister: Hoc probatur sic. Quod nec a iure naturali nec a iure divino est
 prohibitum, a iure humano in dispendium populi christiani vel alicuius communitatis
 fidelium prohiberi non potest, quia ex quo lex humana pro communi utilitate fieri
 debet, ut ex verbis Isidori que ponuntur dis. 4 cap. *Erit autem* colligitur manifeste, 95
 nulla lex humana ligare potest in eo casu in quo si servaretur in communitatis
 dispendium redundaret. Sed communicare pape heretico non est prohibitum a iure
 naturali nec a iure divino, ut probatum est. Ergo nulla lex humana prohibere potest
 communicare pape heretico quando talis prohibitio in alicuius communitatis populi
 christiani dispendium redundaret. Sed posset contingere casus, propter potentiam 100
 temporalem pape heretici, si catholici sibi nollent communicare, quod ex hoc
 sequeretur dispendium alicuius regni vel regionis, quia forte totam regionem

80 reperisses] reperisse Bb | Deo] domino Bb An Fi | sollaciante] adiuvente Ly 81 servasse]
 observasse Ww 82 corporaliter] omitted Bb vero added Ly 83 necessitate] necessitatem Bb 84
 consensu] assensu We 86 aperte] omitted Ly 90 contingit] convenit An Fi 93 prohibitum] et added Ly |
 communitatis] omitted Fi 99 alicuius] aliquo Fi 100 Sed] si An | posset] potest An Fi We | 101 sibi] si
 An We 102 sequeretur] sequitur An

95 dis...autem] D.4 c.2, col. 5

subverteret. Ergo in tali casu vel consimili nulla lex humana potest prohibere communicare pape heretico dicto modo.

Capitulum 59

Discipulus: Videtur probabile quod in casu liceret communicare corporaliter pape heretico, quemadmodum Bonifacius martir, non obstante iuramento de non communicando hereticis, corporaliter communicavit eisdem, et multi sancti viri
5 corporaliter communicaverunt Iuliano apostate qui fuit hereticus manifestus. Ideo dic an aliquo alio modo quam corporaliter tantum, scilicet communicando sibi in divinis, audiendo missam eius vel divinum officium ab eo, aut ipsum facto, scripto, vel verbo, esse verum papam et catholicum asserendo, liceat cuicumque communicare pape heretico.

10 **Magister:** Circa hoc possunt esse opiniones varie et diverse, quarum prima est quod pape heretico licet communicare in divino officio et eum habendo pro papa quousque per sententiam generalis concilii fuerit condempnatus. Hec assertio videtur multis modis posse probari. Primo sic. Non deterioris conditionis est
15 summus pontifex novi testamenti quam fuerunt sacerdotes veteris testamenti. Sed sacerdotes veteris testamenti in hiis que ad sacerdotale officium spectabant non fuerunt vitandi propter pravitatem hereticam ante publicam dampnationem eorum. Ergo eadem ratione papa, qui est summus sacerdos nove legis, non est propter pravitatem hereticam devitandus in hiis que ad papale spectant officium antequam fuerit per generale concilium condempnatus. Ergo licet communicare pape heretico
20 in hiis que pertinent ad papale officium. Maior videtur aperta. Minor ostenditur. Nam sacerdotes veteris legis qui predicationi et doctrine Christi nequiter resistebant fuerunt heretici, eo quod contra fidem errabant et suo errori pertinaciter adhererunt, et tamen Christus docuit quod eis erat communicandum et in hiis que ad

103 vel] in *added* An | lex] ex Bb 104 dicto modo] *omitted* We

2 in] hoc *added* An Ly | corporaliter] *omitted* Ly

4 communicavit...sancti] *omitted* Ly 5 corporaliter] *omitted* Fi | manifestus] *omitted* Bb 13 Primo] quidem *added* We 15 spectabant] spectant We 16 vitandi] *omitted* Bb | hereticam] *omitted* Ly 20 que] spectant aut *added* An 22 contra] circa Bb An Fi We 23 et] eciam Ly | hiis] eis Ly

sacerdotale spectabant officium, cum dicit leproso Matth. 8: “vade ostende te
 sacerdoti et offer munus quod precepit Moises in testimonium illis”. Et Luc. 17 dixit 25
 Christus leprosis: “ite, ostendite vos sacerdotibus”. Ex quibus verbis colligitur quod
 non obstante quod illi sacerdotes fuerint heretici, tamen Christus voluit quod leprosi
 communicarent eis in hiis que spectabant ad eorum officium. Hoc etiam Augustinus
 sentire videtur qui, loquens de prophetis qui populum suum propter idolatriam et per
 consequens propter heresim increpabant, ut habetur 23 q. 4 cap. 1, ait: “non enim 30
 prophete, qui hoc dicebant, populum suum dimiserunt, sed inter eos habitabant, quos
 increpabant, et unum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. “
 Et idem, ut habetur causa et questione predictis, cap. *Si quis*, ait: “communio
 malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione
 factorum. “ Et, ut legitur cap. *Recedite*, ait: “recedite et exite inde, et immundum 35
 ne tetigeritis. Sed cum tactu cordis non corporis”. Et infra: “clamavit Moises ista,
 clamavit Isaias, clamavit Ieremias, clamavit Ezechiel. Videamus, si dimiserunt
 populum Dei, et se ad gentes alias transtulerunt. Quam multa, et quam vehementer
 Ieremias increpavit in peccatores et sceleratos populi. Inter eos tamen erat, unum cum
 eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, et in eadem sceleratorum 40
 hominum congregatione vivebat”. Ex quibus verbis datur intelligi quod prophete cum
 hereticis et idolatris, quorum tunc erat numerus non modicus in populo, idem

23 dicit] dixit We Ly | vade] et added Ly 25 sacerdoti] sacerdotibus Ww | dixit] dicit Fi An Ly 26
 Christus] deus An Fi iesus We Ly 29 de] omitted Ly 32 et] omitted An | celebrabant] tractabant Bb An
 Fi We 34 maculat] maculant We 35 legitur] causa et questione predictis added Ly | ait...et] omitted Bb
 We | exite inde] exinde exite pollutum Ly 36 cum tactu] contactu Ly 38 se] sic An | multa] multis
 modis Ly 39 Ieremias] omitted Ww | in] ieremias Ly | sceleratos] sceleratores Bb We et added We
 seductores added Ww | populi] Dei added Ww | erat] erant Bb et added Ly 40 eadem¹...celebrabat]
 omitted Ww | et] omitted Ww | in] omitted An Fi We 41 verbis] omitted We Ly

24-25 Matth...illis] Matthew 8:4 25-26 Luc...sacerdotibus] Luke 17:14 30-32 ...] C.23 q.4 c.1, col. 899
 33-35 ...] C.23 q.4 c.7, col. 901 35-36 ...corporis] C.23 q.4 c.9, col. 901 36-41 ...vivebat] ibid.

templum *intrabant*, et eadem sacramenta tractabant. Ergo communicare hereticis in
 45 divinis et in aliis que ad sacerdotale spectant officium non erat illicitum. Ergo nec
 modo est illicitum communicare pape heretico in hiis que ad papale spectant
 officium, saltem antequam fuerit per sententiam generalis concilii condempnatus.

Secundo eadem assertio videtur sic posse probari. Non est maius peccatum
 communicare hereticis in divinis quam procurare et laborare quod ecclesie
 50 catholicorum reddantur hereticis ad ritus suos celebrandos in eis. Sed hoc est
 licitum, quod probatur per exemplum beati Iohannis pape, in cuius Legenda sic
 legitur: “hic vocatus est a Theodorico rege Ravennam, quem ipse rex rogans misit
 in legationem Constantinopolim ad Iustinum imperatorem orthodoxum, quia eodem
 tempore Iustinus imperator, vir religiosus summo ardoris amore religionis christiane
 55 voluit hereticos extricare. Nam summo fervore Christianitatis hoc consilio usus est
 ut ecclesias Arrianorum catholicas consecraret. Pro hac causa hereticus rex
 Theodoricus hoc audiens exarsit, et voluit totam Italiam gladio extinguere. Eodem
 tempore Iohannes papa egrotus infirmitate cum fletu ambulavit et senatores et
 consules cum eo, id est Theodorus, Importunus, Agapitus exconsul et alius Agapitus
 60 patricius, qui hoc accipientes in mandatis legationum ut redderentur ecclesie
 hereticis in partibus orientis, quod si non, omnem Italiam gladio perderet.” Ex
 quibus verbis colligitur quod licet ecclesias reddere hereticis et procurare quod

43 intrabant] *omitted* Bb An Fi Ly 44 in] *omitted* An Fi spectant] spectat Bb 45 spectant] spectat Bb 46
 saltem] *omitted* Fi 47 sic] *omitted* Ly 49 catholicorum] hereticorum Ly | celebrandos] colendos Ly
 celebrando An Fi | est] *omitted* Bb 50 quod...exemplum] probatur exemplo Fi 52 in legationem] cum
 legatione Ww | ad Iustinum] papam *added* Ly | quia] qui Bb An Fi We *omitted* | 52-53 ...vir] ut Ww
 53 religiosus] religiosissimus Bb An Fi religiosissimus We 54 extricare] exiliari Ww | Christianitatis]
 religionis christiane Ww 55 catholicas] catholicis Ly | consecraret] secaret An conservaret Ly | hereticus]
omitted Ly 56 exarsit] in iram *added* Ww 58 id est] scilicet Ly | Theodorus] theodoricus Bb
 theodorico An Fi We Ly | Importunus] et *added* Ww | exconsul] *omitted* Ww | et...Agapitus]
omitted Ly 59 qui] *omitted* Ww | accipientes] accipiente Bb 60 non] facerent *added* Bb An Fi Ly
 faceret *added* We | perderet] perderent Ly 61 verbis] *omitted* Bb Fi | licet] *omitted* An

51-60 ...] *Anastasio Bibliotecarii historie de vitis Romanorum pontificum, Patrologia Latina*, vol. 128,
 cols. 513-4

reddantur eisdem. Ergo consimiliter licet communicare hereticis in divinis et per consequens licet communicare pape heretico in hiis que spectant ad papale officium.

Tertio sic. Quem debent fideles in aliquo officio tollerare, eidem possunt licite 65
communicare quantum ad ea que ad idem spectant officium, quia si non deberent
sibi communicare, deberent efficaciter laborare ut eodem officio privaretur. Sed in
aliquo casu saltem debent fideles papam hereticum in papatus officio tollerare. Ergo
in aliquo casu saltem licet eis communicare pape heretico quantum ad ea que ad
papatus spectant officium. Maior videtur manifesta. Minor probatur. Quia non minus
tollerandus est papa hereticus quam doctrina heretica ipsius, cum papa hereticus 70
non nisi propter doctrinam hereticam debeat impugnari. Sed, sicut ostensum est, in
aliquo casu est doctrina pape heretici tolleranda. Ergo etiam interdum est papa
hereticus tollerandus. Hoc etiam Augustinus sentire videtur qui, ut legitur 23 q. 4 cap.
1, ait: “tollerandi sunt quidem mali pro pace. “ Ex quibus verbis colligitur quod causa
pacis conservande tollerandi sunt mali. Eadem autem causa eundem habet 75
effectum, et ubi est eadem ratio debet esse idem ius. Si ergo quidem mali causa
pacis conservande sunt tollerandi, sequitur quod papa hereticus causa pacis
conservande tollerari debet.

Quarto sic. Vitam Christi debent catholici imitari. Sed Christus in hiis que ad 80
religionem christianam spectant communicavit Iude, qui non solum proditor sed
etiam hereticus existebat, quia ei sacram communionem dedit, ut ait Augustinus in
epistola ad Vincentium, et ponitur 23 q. 4 cap. *Quam magnum*. Ergo licet catholicis
communicare hereticis in hiis que ad religionem christianam spectant, et per

62 consimiliter] *omitted* An 64 eidem] eodem Bb 66 sibi] ei Ly 68 communicare] *omitted* Bb 68-69
pape...spectant] spectat Bb 69 manifesta] et *added* We 70 ipsius] illius An eius We 71 sicut] *omitted*
Bb 72 heretici] heretica 74 tollerandi] tolleranda Bb | quidem] quida Bb 75 conservande] servande An
76 ratio] ibi *added* Ly | Si...quidem] *omitted* Bb quidam We 77 conservande] servande An observande
Ly 77-78 sunt...conservande] servande An 78 debet] debeat Bb deberet An Fi 79 sic] *omitted* Ly
81 quia] qui Fi Ly *omitted* Bb We | ei] *omitted* An 83 hereticis] etiam *added* We

74 ...] C.23 q.4 c.1, col. 899 82 ponitur...magnum] C.23 q.4 c.10, cols. 901-2

consequens licet eis communicare pape heretico in hiis que ad papatus spectant
85 officium, antequam fuerit per sententiam generalis concilii condempnatus.

Capitulum 60

Discipulus: Aliam sententiam circa interrogationem propositam audire desidero.

Magister: Alia sententia est que de communicantibus pape heretico reputat
distingendum. Quia aut communicantes pape heretico sciunt ipsum esse hereticum
5 aut ignorant, et si ignorant, aut laborant ignorantia affectata vel crassa et supina,
aut laborant ignorantia invincibili vel probabili et non crassa et supina.
Communicantes scienter pape heretico alio modo quam corporaliter tantum, puta
communicando sibi in hiis que spectant ad papatus officium vel ad officium
cuiuscunque ecclesiastici ministerii, excepta susceptione baptismi in necessitatis
10 articulo aut quocunque modo, verbo, facto, aut scripto habendo eum pro vero papa,
protestando aut asserendo eum facto vel scripto aut verbo esse catholicum, sunt
fautores heretici et heretice pravitatis, et penam fautorum hereticorum et heretice
pravitatis incurrunt, nisi metu mortis vel forsitan gravium tormentorum sibi predicto
modo communicent. Tunc enim non essent censendi fautores neque hereticorum
15 neque heretice pravitatis quamvis peccarent mortaliter.

Discipulus: Circa istam sententiam quattuor probanda michi videntur. Quorum
primum est quod non licet predicto modo communicare pape heretico. Secundum
est quod communicantes predicto modo pape heretico absque metu mortis et
gravium tormentorum sunt fautores hereticorum et heretice pravitatis. Tertium est
20 quod communicantes predicto modo pape heretico metu mortis *vel gravium*

84 eis] eisdem We

4 communicantes] communicantibus Bb | esse] *omitted* An Fi 5 ignorant¹] ignorent An Fi |
ignorant²] *omitted* Ly | et²] vel Ly 6 vel probabili] *omitted* Ly 8 sibi] *omitted* Ly | vel] *omitted* An Fi |
ad officium] *omitted* An Fi Ly 9 ministerii] minist Bb ministri We | baptismi] baptismatis Ly 10
quocunque] alio *added* Ly | modo] quam corporaliter tantum puta communicando sibi *added* Ly |
habendo...papa] vel *added* We 11 facto] *omitted* Fi | scripto] *omitted* Bb | catholicum] catholicus An
Fi We 12 fautores] et *added* Bb | penam] peccatum An Fi We Ly | fautorum] et *added* We 13 forsitan]
forsan An 14 communicent] communicant We Ly 14-15 hereticorum neque] *omitted* Fi 18 modo]
omitted An 20 vel] et Ww | gravium] *omitted* Ww

tormentorum non sunt fautores hereticorum vel heretice pravitatis. Quartum est quod taliter communicantes pape heretico peccant mortaliter. Pro istis itaque quattuor allegare conare. Primo tamen, ut assertionem predictam magis intelligam et sic pateat michi via ad noscendum an aliquid contineat veritatis, enumera alios modos distincte quibus isti dicunt nulli licere communicare scienter pape heretico. 25

Magister: Dicunt quod nulli catholico licet scienter a papa heretico audire missam vel aliquod divinum officium, nec aliquod suscipere sacramentum, excepto baptismo in necessitatis articulo, nec aliquam ecclesiasticam dignitatem, nec aliquod ecclesiasticum officium, puta inquisitionem heretice pravitatis, vel penitentiarum, aut aliquid aliud, nec licet catholico dicere vel scribere aliquod verbum quo papa vel catholicus asseratur, nec sibi quamcunque reverentiam exhibere qua quis aperte quod sit papa vel catholicus protestetur. 30

Discipulus: Puto quod assertionem predictam, quantum ad quattuor que dixi probanda, intelligam. Ideo primum illorum quattuor probare conare.

Magister: Quod non liceat communicare pape heretico scienter modo predicto probatur sic. Nulli heretico licet communicare modo predicto, ergo nec pape heretico licet communicare modo predicto. Consequentia non solum patet per regulam scientie rationalis qua dicitur quod a superiori cum distributione ad inferius consequentia tenet, sed etiam patet ex hoc: “ papa hereticus nullo privilegio speciali ultra alios episcopos hereticos”, et ita si aliis episcopis hereticis non licet communicare scienter modo predicto (ex quo nulli heretico licet communicare scienter modo predicto) etiam pape heretico non licet communicare scienter modo predicto. 35 40

24 pateat] patebit An | noscendum] cognoscendum Ly | alios] illos Ly 25 distincte] distincde We | dicunt nulli] non Ly 27 vel] nec An Fi | aliquod²] aliud Ly | excepto] omitted Fi 28 in] omitted Ly 29 officium] beneficium Ly 30 licet] liceat Ly | catholico] omitted An Ly | dicere] discere Ly | aliquod] omitted We | vel²] omitted Bb 33 dixi] dixisti Ly 34 conare] coneris Ly 36 predicto] omitted Bb 36-37 ergo...communicare] scienter added We 38 regulam] illam Bb | rationalis] topicalis Ly | hoc] quod added Ly 39 nullo] omitted An modo] added An Ly 40 alios] omitted Ly 41-42 ex...predicto] omitted Ly

Antecedens autem auctoritatibus et exemplis ostenditur. In concilio enim Martini
 45 pape, ut legitur 1 q. 1 cap. *Non liceat*, sic scribitur: “neque liceat aut cum hereticis
 aut scismaticis orare. “ Et in concilio Cartaginensi quarto, *ut* habetur 24 q.3 cap.
Clericus, legitur: “cum eis “, scilicet cum hereticis et schismaticis, “neque orandum
 est neque psallendum “. Item, Innocentius papa, ut habetur 1 q. 1 cap. *Constat*, ait:
 50 “constat multos vim passos esse, atque invitos attractos, repugnantesque ab hereticis
 ordinatos; sed huiusmodi aliquis, si post talem ordinationem non interfuit, cum illi
 conficerent sacramenta, si communioni eorum participatus non est, si statim
 discedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenunciavit et ad ecclesiam rediit,
 iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Ceterum, qui post mensem aut
 amplius redierunt, cum se considerarent ab hereticis ordinatos, certe quamvis nichil
 55 ab eis acceperunt, rei sunt usurpate dignitatis”. Ex quibus verbis colligitur quod non
 licet ab hereticis ordinari, nec communicare eis cum conficiunt sacramenta, nec ab
 eis aliquam suscipere dignitatem. Item, hoc Leo papa, ut legitur capitulo sequenti,
 testari videtur, dicens: “omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens
 unitatem, heretice vel schismaticae coniunctionis contagione se maculaverit, si ad
 60 ecclesiam redierit cum legitima satisfactione et erroris sui dampnatione, hoc in
 magno beneficio habeat, si, adempta spe omnis promotionis, in quo invenitur ordine

45 ut] u Bb | liceat¹] licet Bb An Fi We | neque] non Ww | liceat²] licet We | aut] *omitted* Ww 46
 Et] item We | ut] *omitted* Bb An Fi Ly 47 Clericus] sic *added* We Ly | scilicet cum] id est We | et]
 neque An Fi 48 est] *omitted* Ly | ut] cum Bb 51 si²] sed Bb Fi 52 abrenunciavit] abrenunciaverit Bb
 An Fi We Ly | rediit] redierit An Fi 53 aliquem] aliquam Fi | excusationis] aliquem excusationis
added Fi 54 redierunt] redierint Bb An Fi We | considerarent] considerant Bb An Fi We quamvis]
omitted Ly 55 acceperunt] receperunt Ly | rei] tamen *added* Ww 56 sacramenta] sacramentum Ly |
 nec²] licet *added* We 57 hoc] *omitted* Ly 58 qui] *omitted* Bb 59 coniunctionis] communioni Ly
 convictionis Bb An Fi We 60 cum] tunc An 61 habeat] habeant Bb An | si] sed Bb | adempta]
 adepta We Ly cum *added* An Fi Ly omni *added* Bb We | omnis] *omitted* Bb An Fi We | ordine]
 ordinem Bb

45-46 ...] C.1 q.1 c.67, col. 382 47-48 ...] C.24 q.3 c.35, col. 999 48-55 ...dignitatis] C.1 q.1 c.111,
 col. 401 58-62 ...permaneat] C.1 q.1 c. 112, col. 402

permaneat”. Ex quibus colligitur quod nullus valet communicare hereticis nisi peccati maculam contrahendo.

Quod etiam non liceat modo predicto communicare hereticis probatur exemplis. Primo quidem exemplo Herminigildi regis, qui etiam pro morte vitanda ab Arriano 65 episcopo communionem accipere recusavit, de quo beatus Gregorius, ut habetur 24 q. 1 capitulo ultimo, narrat in hec verba: “superveniente autem festivitatis paschalis die, in tempeste noctis silencio ad eum perfidus pater Arrianum episcopum misit, ut de eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire meretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopi venienti 70 exprobravit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpacionibus repulit, quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo Arriano pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent”.

Aliud exemplum ponitur de Bonifacio martire, de quo dictum est supra, qui, licet 75 corporaliter communicaret hereticis, eis tamen quantum ad divina vel illa que spectabant ad religionem christianam communicare nolebat. Unde, sicut habetur 11 q. 3 cap. *Antecessor*, de seipso ait: “corporaliter autem omnino ab eis”, scilicet hereticis, “abstinere non potui. Dum enim venissem ad principem Francorum cogente ecclesiarum necessitate, non tales ibi repperi quales volui, sed tamen in 80 sancta communionem corporis Christi illis non communicavi”. Ex quibus auctoritatibus et exemplis aliisque innumeris videtur aperte probatum quod nulli licet heretico communicare quantum ad illa que spectant ad religionem christianam,

62 colligitur] patet Ly 64 liceat] licet Ly 65 vitanda] noluit *added* We 66 recusavit] *omitted* Bb An Fi We 67 q] *omitted* Bb An Fi | festivitatis] festivitate Bb An Fi 68 tempeste] tempestate An Fi | ut] nec Bb 69 ad] a An *omitted* Fi 70 patris] *omitted* Fi | meretur] mereretur Fi We Ly 71 repulit] expulit Bb repellit We | repulit] *omitted* Fi | etsi] si Bb An Fi Ly 72 magno] periculo *added* Bb An Fi Ly 73 Arriano] *omitted* Ww 74 confessorem] professorem An Fi | Dei] *omitted* Fi 76 vel] etiam *added* Ly 77 spectabant] spectant Ly | sicut habetur] sic Ly 80-81 in...communionem] communionem 81 illis] eis Ly 82 nulli] non Ly

67-74 ...occiderent] C.24 q.1 c.42, cols. 983-4 78-81 ...communicavi] C.11 q.3 c.104, col. 673

85 excepta susceptione baptismi in casu, quamvis in necessitate liceat cum hereticis
corporaliter conversari, a quibus tamen, ut docet Augustinus, est spiritualiter
recedendum. Spiritualiter autem ab eis recedere est iniquitati eorum in nullo favere,
neque facto neque verbo neque scripto pretendere quod pro catholicis sint habendi.

Discipulus: Ostendisti uno modo quod nulli licet catholico communicare scienter
pape heretico quantum ad ea que ad religionem christianam spectare noscuntur.
90 Nunc proba idem aliis modis, si quos alios cogitasti.

Magister: Hoc secundo probatur sic. Nulli excommunicato communicare licet
quantum ad ecclesiastica sacramenta et ea que ad officium ecclesiasticum et
iurisdictionem ecclesiasticam pertinere noscuntur, quia omnis excommunicatus
omnibus huiusmodi actibus legitimis est privatus. Papa autem hereticus est
95 excommunicatus excommunicationi maiori et papatu privatus, sicut in
precedentibus, ut nonnullis apparet, est demonstrative probatum. Ergo nulli
catholico licet predicto modo scienter communicare pape heretico.

Discipulus: Licet supra libro sexto capitulis 72, 75, et 81, rationibus et exemplis
ostenderis quomodo probatur quod papa eo ipso quod sit hereticus est papatu
100 privatus et excommunicatus absque congregatione novi concilii generalis, tamen
peto ut dicas nunc an hoc tenentes in iure canonico se fundare nitantur.

Magister: Isti fundant se in decretis summorum pontificum. Ut tamen mentem
eorum, quam aliquando explicavi supra libro sexto capitulo 75, perfecte intelligas,
ac per hoc etiam, quamvis esset falsa, tradetur via ad intelligendum decreta
105 summorum pontificum que sum allegaturus, debes scire quod de heresi pape, sicut
sepe tactum est, distinguunt, quia aut tenet heresim dampnatam explicite aut
dampnatam implicite. Si tenet pertinaciter heresim dampnatam explicite et est

84 susceptione] subseptione We 86 eorum] non added An 87 neque¹] omitted Bb 88 nulli] non Ly 91
Hoc] idem added Ly 92 ecclesiastica...et] omitted An 98 72] 7 et We Anb 68 et¹] omitted An We |
81] 8 An Fi 101 hoc] hec An Fi We Ly 103 supra] omitted Ly 104 tradetur] tradatur We Ly | decreta]
decretum An 105 pape] heretici added We 106 sepe] omitted An 107 dampnatam¹] duntaxat added
We

notorium, non est necesse generale concilium congregari, sed quilibet hoc sciens eum pro dampnato et excommunicato debet habere. Quod etiam quilibet sciens, ne fides catholica subvertatur, tunc quando fuerit opportunum nescientibus revelare 110 tenetur. Aliter enim se minime curare de fide probabit aperte. Si autem heresis pape fuerit solummodo dampnata implicite, quamvis papa pertinax in heresi tali in rei veritate sit dampnatus et excommunicatus et papatu privatus, non est tamen a catholicis ante dampnationem explicitam heresis sue pro dampnato et excommunicato habendus, sed tollerandus est quamdiu vixerit quousque per 115 generale concilium condempnetur.

Discipulus: Occasione istorum verborum due michi interrogationes occurrunt. Quarum prima est an papa propter diffinitionem sollempnem vel alio modo manifeste ostendens se pertinaciter adherere heresi dampnate duntaxat implicite, si postea, generali concilio congregato, eadem heresis fuerit explicite condempnata, sit 120 papa pro excessu preterito deponendus, vel fuisse depositus declarandus, etiam si voluerit concilio generali assentire, vel, eo generali concilio nullatenus resistente, sed suam heresim revocante, sit papa verus et catholicus reputandus. Secunda autem est an papa pertinaciter tenens heresim dampnatam duntaxat implicite, et postea ante omnem accusationem vel impugnationem, seu etiam post impugnationem, ad 125 catholicam rediens veritatem, debeat seipsum depositum reputare, licet omnes catholici habeant eum pro vero papa. Ad istas duas interrogationes sine magna discussione respondeas.

Magister: Ad primam respondetur quod papa, si in concilio generali legitime convincatur pertinaciter adhesisse cuicumque heresi latenti qualitercunque scripture 130 divine vel doctrine universalis ecclesie obvianti, etiam si de ea nunquam antea mentio expressa fuisset, quantumcunque in generali concilio paratus sit corrigi, pro deposito est habendus nec potest licite papali fungi officio nisi in summum

108 est] *omitted* Bb | hoc] *omitted* Fi 109 sciens] *omitted* Fi 110 tunc] *omitted* We 113 excommunicatus] *communicatus* Bb 117 istorum] *duorum* *added* An Fi 118 propter] *per* We Ly 119 manifeste] *manifesto* Ly 122 voluerit] *noluerit* We | resistente] *resistere* An Fi We 123 revocante] *revocare* An 124 est] *omitted* Bb An Fi | duntaxat] *gap* Fi | ante] *dictam* *added* Fi 125 accusationem] *actionem* Ly | seu...impugnationem] *omitted* Bb Ly 131 de] *omitted* Fi 132 sit] *omitted* Bb

135 pontificem noviter eligatur. Cuius ratio assignatur. Quia omnis hereticus, sive occultus sive manifestus, sive pro heresi dampnata explicitè sive pro heresi dampnata implicitè, est dampnatus, privatus, et excommunicatus. Cum ergo papalis fuerit ante concilium hereticus, licet hoc non constiterit ecclesie, tunc fuit papatu privatus, licet non haberetur pro privato. Ergo postquam constat ecclesie quod fuit hereticus, ecclesia debet eum fuisse depositum reputare.

140 **Discipulus:** Ista responsio videtur omnino falsa, quia secundum iura, que sepe prius tacta sunt, errans contra fidem qui paratus est corrigi non est hereticus reputandus. Si ergo papa in concilio generali paratus est corrigi, non est hereticus reputandus, et per consequens pro dampnato minime est habendus.

145 **Magister:** Ista instantia frivola videtur omnino. Nam licet secundum iura et testimonia sanctorum errans qui paratus est corrigi tunc non sit inter hereticos computandus, multi tamen errantes contra fidem possunt esse parati corrigi, qui prius parati corrigi non fuerunt, sed extiterunt penitus pertinaces. Et ideo potest contingere quod aliquis primo est hereticus, quia tunc non est paratus corrigi, et tamen cum ceperit esse corrigibilis, non est hereticus reputandus. Sic esset de papa, 150 quia, si primo **quemcunque** errorem quantumcunque latenter Scripture Divine vel doctrine universalis ecclesie adversantem, et ideo non explicitè sed implicitè tantummodo condemnatum, sollempniter diffiniret esse tenendum, tunc esset pertinax et hereticus iudicandus. Si tamen postea in concilio generali vel alias paratus esset corrigi, tunc non esset hereticus, sed prius fuisset hereticus. Non ergo 155 per hoc quod errans contra fidem paratus est corrigi potest ostendi quod prius non fuit hereticus, sed per hoc declaratur quod non est tunc hereticus quando paratus est corrigi.

Discipulus: Dic ad secundam interrogationem.

135 pro¹] *omitted* Bb | dampnata] implicitè vel *added* Ly 136 implicitè] *omitted* An Ly 137 hoc] *omitted* Ly 140 sepe] *omitted* An 141 tacta] tractate We | contra] circa Bb An Fi 143 dampnato] deposito We 144 frivola] falsa Ly 145 paratus] oparatus Bb 146 contra] circa Bb 147 extiterunt] potiterunt Fi 149 ceperit] cepit An | corrigibilis] paratus corrigi We | reputandus] et *added* We 150 quia] qui An | quemcunque] **Na:** quamcunque Bb An Fi We quantumcunque Ly 155 quod¹] *omitted* An | contra] circa Bb An 158 Dic] *omitted* An Fi

Magister: Ad secundam consimiliter respondetur quod papa pertinaciter tenens errorem contra fidem dampnatum duntaxat implicite, si postea (sive accusatur sive 160 diffametur sive in nullo penitus diffametur) cognoscat errorem suum et sciat se errori contra fidem pertinaciter adhesisse, debet seipsum depositum reputare et renuntiare papatui, quia debet scire se fuisse a iure divino depositum, licet ecclesia universalis, errans quantum ad id quod est facti et in facto consistit, reputaverit eum verum papam, quemadmodum ecclesia universalis erravit quantum ad id quod consistebat 165 in facto quando habuit mulierem pro vero papa.

Discipulus: Nunc allega illa decreta in quibus fundant se dicentes quod ad deponendum papam pertinaciter asserentem ac tenentem heresim dampnatam explicite non est necesse generale concilium congregari.

Magister: Ad hoc principaliter tria decreta, que ponuntur 24 q. 1, allegantur. Ait 170 enim Gelasius papa, ut habetur ibidem capitulo 1: “Achatius non est inventor factus novi erroris, sed veteris imitator, atque ideo non erat necessarium, ut adversus eum nova scita prodirent, sed antiqua tantummodo renovarentur “. Et infra: “Quicumque enim in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione seipsum involvit”. Ex quibus clare colligitur, ut videtur, quod si papa erroris veteris imitator in heresim, 175 scilicet semel dampnatam, labitur, eadem dampnatione involvitur, nec est necesse quod contra eum prodeant “nova scita”, id est, nova statuta. Et per consequens non est necesse contra eum generale concilium noviter congregari, quia, ut dicit glossa ibidem: “hic est casus in quo papa in canonem late sententie incidit “. Pro illo autem casu in quo quis incidit in canonem late sententie, et pro quo ecclesia scit 180

160 contra] circa Bb An 161 diffametur] diffamatur An Fi Ly | sive...nullo] fidei vero An Fi 161 diffametur] diffaes An diffamatus Ly 161 et] ut Ly An | errori] errari An 163 fuisse] *omitted* Ly 164 facti] factum Ly | consistit] consistitur Bb 168 ac] aut We

170 decreta] adduci possunt *added* Ly | allegantur] *omitted* Ly 171 enim] autem Ly | 1] *omitted* Ly 173 scita] secta We | renovarentur] revocarentur Ly 175 quibus] verbis *added* Ly 176 scilicet] *omitted* We 179 in²] *omitted* Bb An Fi 180 et] *omitted* Ly

171–174 ...involvit] C.24 q.1 c.1, col. 966 179 ...incidit] Gl C.24 q.1 c.1, col. 1382, s.v. in heresim

distincte, et etiam specialem esse sententiam promulgatam, non est necesse generale concilium noviter congregari.

Discipulus: Secundum istam auctoritatem non videtur quod sit necesse pro papa qui incidit in heresim dampnatam duntaxat implicite noviter concilium convocari, quia
 185 pro dampnato non est necesse concilium convocari. Papa autem, si incidit in heresim dampnatam implicite, est dampnatus, quia, ut dicit Gelasius: “quicumque enim in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione seipsum involvit”. Non autem distinguit inter heresim dampnatam explicite et heresim dampnatam implicite. Ergo nec nos debemus distinguere. Et per consequens, si papa incidit in heresim
 190 dampnatam implicite, dampnatus est. Ergo pro eius dampnatione facienda non est necesse generale concilium congregari.

Magister: Ad hoc respondetur, sicut tactum est, quod pro dampnato quem constat ecclesie esse dampnatum non est necesse concilium convocari, sed pro dampnato quem non constat ecclesie esse dampnatum necesse est in casu concilium convocari
 195 ad inquirendum et declarandum eum esse dampnatum. Sic est de papa, si labitur pertinaciter manifeste in heresim dampnatam tantummodo implicite, quem viri periti in Divinis Scripturis cum instantia magna asserunt hereticum et heresim pertinaciter affirmare, quia oportet convenire concilium generale non ad deponendum papam sed ad declarandum et pronuntiandum papam esse dampnatum. Quando autem constat
 200 ecclesie papam esse dampnatum, quod accidit si papa incidit in heresim dampnatam explicite, non est necesse congregari concilium nec ad deponendum papam hereticum nec ad declarandum eum esse dampnatum.

181 et] *omitted* Ly | etiam] *omitted* Ly in We 182 congregari] **ergo pro papa qui incidit in heresim dampnatam explicite non est necesse generale concilium noviter congregari** *added* We 183 pro] contra Ly quod Fi | papa] papam Ly 184 duntaxat] *omitted* Ly 185 autem] enim Ly 186 ut] *omitted* We | enim] *omitted* Ly 187 autem] enim An Fi 188 et] in Bb | implicite] implicite et explicite Ly 190 facienda] *omitted* Ly 191 congregari] convocari We 192 dampnato] papa *added* An | quem] *omitted* An 193 necesse] generale *added* Ly | convocari] provocari Ly 194 ecclesie] *omitted* An | convocari] congregari We 198 quia] tunc *added* Ly 199 declarandum et] *omitted* An Fi | esse] hereticum *added* Ly | 199-200 Quando...dampnatum] *omitted* Ly 201 necesse] *omitted* An Fi | deponendum] dampnandum We 202 eum] *omitted* Ly

Discipulus: Aliud decretum allega.

Magister: Aliud decretum est eiusdem, qui, ut legitur ibidem capitulo *Maiores*, ait: “maiores nostri divina inspiratione cernentes necessarie precaverunt, ut quod contra 205 unamquamque heresim coacta semel sinodus pro fidei communionem et veritate catholica atque apostolica promulgasset non sinerent novis post hec retractationibus mutilari”. Et infra: “sed, auctore cuiuslibet insanie, ac pariter errore dampnato, sufficere iudicarunt, ut quisquis huius erroris aliquando communicator existeret, principali sententia dampnationis eius esset obstrictus. Sic Sabellium dampnavit 210 sinodus, nec fuit necesse, ut eius sectatores postea dampnarentur; sed pro tenore constitutionis antique, qui vel pravitatis illius vel communionis extiterint participes, universalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, sinodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sinit. “ Ex quibus colligitur quod si papa vel quicumque alius pertinaciter adherere 215 presumpserit errori dampnato, eadem dampnatione involvitur, nec est necesse concilium noviter convocari.

Quod Felix papa, ut ibidem dicitur, aperte testari videtur, dicens: “Achatius non fuit novi, vel proprii, inventor erroris, ut in eum nova scita prodirent, sed alieno facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse est, ut in illam recideret iusta lance 220 sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam sinodalem susceperat

204 est] *omitted* Ly | *Maiores*] sic *added* Ly 205 quod contra] quocunque Bb An Fi 207 sinerent] sineret Bb An Fi We | hec] hoc Ww 208 cuiuslibet] cuilibet An | insanie] infamie Bb An Fi We Ly 210 obstrictus] obscitus Bb An Fi obstinatus We obstructus Ly 212 vel¹] quicumque *added* An | extiterint] extiterit We 213 Arrium] arrii Ly sic *added* Bb An Fi Ly et *added* We | Eunomium] eunomii et Ly Macedonium] macedonii Ly 214 Nestorium] nestorii Ly 215 quibus] verbis *added* We Ly | si] *omitted* Bb vel] *omitted* Ly | quicumque] vel *added* Ly 217 dicens] *omitted* Bb 220 recideret] incideret An Fi reciderat Ly | iusta] iustam Bb An Fi iuxta We | lance] lancee Bb An Fi lante We 221 successoribus] erroribus successoribus Fi

204–215 ...] C.24 q.1 c.2, col. 966 218–222 ...erroris] C.24 q.1 c.3, col. 966

auctor erroris”. Si igitur papa labitur in dampnatum errorem, non est necesse contra eum noviter generale concilium congregari, quod intelligendum est de omni errore dampnato explicite, qualis est omnis error Scripture Divine vel doctrine universalis ecclesie patenter omnibus intelligentibus contradicens pariter et adversans. Unde si
 225 papa sollempniter diffiniret Abraham non habuisse plures uxores, aut Pharaonem non fuisse regem Egypti, vel Ioab non fuisse filium Sarme, aut aliquid huiusmodi quod ad salutem videtur impertinens, esset hereticus manifestus, nec esset necesse
 230 sollempniter vel alio modo pertinaciter tenuisse aliquod predictorum vel aliquid consimile deberet eum pro deposito et pro dampnato habere.

Discipulus: Adducas alia motiva ad probandum quod non licet communicare pape heretico modo preexposito in principio huius capituli.

Magister: Hoc probatur tertio sic. Illi qui nichil habet potestatis aut iuris non licet
 235 communicare modo illo. Papa hereticus nichil habet potestatis aut iuris, teste Cypriano, qui, ut legitur 24 q. 1 cap. *Didicimus*, ait: “ didicimus omnes omnino hereticos et schismaticos nil habere potestatis ac iuris. “ Ergo pape heretico predicto modo communicare non licet.

Quarto probatur specialiter quod non licet verbo, scripto, vel facto, asserere eum
 240 esse verum papam, quia nulli licet mentiri, neque verbo, neque scripto, neque facto. Sed qui credit eum hereticum et tamen asserit eum esse verum papam, mentitur, cum non sit verus papa sed depositus tam a iure divino quam a iure humano, scilicet a conciliis generalibus, sicut probatum est prius, quibus subest papa in causa heresis,

229 congregare] congregari Bb | eum²] ipsum Ly 230 aliquid] aliquod Ly 232 alia motiva] alias rationes motivas Ly ad] omitted We 233 preexposito] exposito Ly 234 Illi] ille An Fi We 235 Papa] autem added Ly | iuris] omitted Fi 236 ait] omitted Ly | omnino] omitted An 237 ac] aut Ww | iuris] omnino added An 237-238 predicto modo] omitted Ly 239 licet] eum added We | eum] omitted Ww 240 verum] veri Fi | 241 eum] esse added Ly | esse²] omitted Bb An Fi Ly 242 a²] omitted Bb An Fi 243 a] omitted Ly

236-237 ...] C.24 q.1 c.31, col. 977

prout superius est ostensum. Ergo nulli scienti papam esse hereticum licet papam
vocare nisi ratione alicuius adiectionis vel usitati modi loquendi, ut per talem 245
appellationem sane intelligentibus non intelligitur esse verus papa. Licet enim eum
vocare papam hereticum, papam hereticorum, papam talium vel talium, qui sibi
favent et habent eum pro papa. Si etiam quis confirmando se modo loquendi
aliorum vocaret eum papam sine adiectione, non esset forte peccatum mortale.

Capitulum 61

Discipulus: In precedenti capitulo dixi michi visum fuisse quattuor esse probanda
circa assertionem in principio eiusdem capituli recitatam. Disseruisti de primo, nunc
autem breviter de tribus sequentibus investiga.

Magister: Primum illorum trium est quod communicantes predicto modo pape 5
heretico sunt fautores heretici et heretice pravitatis. Quod videtur sic posse probari.
Non minus sunt communicantes predicto modo pape heretico fautores eius et sue
heretice pravitatis, quam illi qui sibi non resistunt, cum possint. Sed qui pape
heretico non resistunt, cum possint, sunt fautores heretici et heretice pravitatis,
quemadmodum errare monstratur qui alios, cum potest, non revocat ab errore (Extra, 10
De hereticis, Qui alios.) Ergo communicantes pape heretico sunt fautores heretici et
heretice pravitatis.

Discipulus: Istud argumentum procedit de illis ad quos spectat pape heretico
resistere et pro viribus obviare. Non autem spectat ad omnes pape heretico resistere.
Et ideo multi possunt absque fautoria hereticorum et heretice pravitatis non resistere, 15
sed communicare eidem.

245 adiectionis] adulationis We | vel] *omitted* Fi usitati] *omitted* Ly | ut] *omitted* Bb An Fi We

246 intelligentibus] non intelligentibus *added* Fi | intelligitur] intelligit Bb intelligatur Ly | eum] *omitted*
Ly 247 papam hereticorum] *omitted* Ly | vel talium] *omitted* Ly 248 favent] faverent Ly | quis] aliquis Ly
| se] *omitted* Ly 249 vocaret] vocarent An We Ly | adiectione] adiacentia We

2 precedenti] preterito Ly precedendi Bb preterito Ly

6 heretico] *omitted* Ly | heretici] hereticorum An We | heretice] heretici An We | 6-7 Quod...Non]
nam We 7 sue] *omitted* Fi 8 non] nunquam Ly 9 possint] possunt We 15 Et...absque] fautore vel Bb
favore vel *added* Ly | fautoria] fautorie We

10-11 Extra...alios] X.5.7.2, col. 778

Magister: Istam responcionem nonnulli sicut insanissimam detestantur, affirmantes aperte quod dicere quod possit esse aliquis catholicus ad quem non pertineat pro loco et tempore, si convenienter potest, pape heretico obviare satagenti fidem
 20 corrumpere orthodoxam, sapit heresim manifestam, quia ex hoc sequitur evidenter quod aliquis catholicus zelum fidei non tenetur habere, et quod ad aliquem catholicum defensio fidei modo sibi congruenti, quando potest, minime spectat, quod infidelitatem sapere arbitrantur. Si enim quilibet modo sibi congruenti, quando potest, socium, patriam, prelatum, dominum temporalem, parentes, consanguineos,
 25 benefactores et amicos, pauperes, pupillos, viduas, et alias miserabiles personas, ac res temporales communes et proximorum suorum, quando viderit periculum iniquum et evidens imminere, tenetur, quantum sibi licet pro gradu suo et officio, defensare, sapitque heresim manifestam dicere quod talis defensio ad quemcunque non pertinet Christianum, quia hoc non est aliud quam dicere quod possit esse
 30 aliquis Christianus qui proximos suos non teneatur diligere, qui indigentibus et in periculis constitutis, cum non apparet alius qui velit et possit subvenire, non debet subvenire, cum potest, qui proximis prodesse, cum potest, minime teneatur, qui ad opera misericordie, quando potest, nullatenus teneatur, que omnia et consimilia Scripturis Divinis et bonis moribus aperte repugnant. Multo magis debet quilibet
 35 modo sibi congruenti, cum potest, fidem catholicam defensare, eo quod fides catholica, sine qua non est salus, est universis mortalibus quantum ad vitam temporalem et cunctis rebus temporalibus, preferenda, estque magis quam vita corporalis aliena vel propria defendenda. Non autem fides defenditur nisi pape heretico cupienti ipsam destruere resistatur. Ergo quilibet catholicus, cum potest,
 40 tenetur pape heretico pro posse resistere, debitum tamen circumstantiis observatis, quia ad hunc actum obligamur precepto affirmativo, quod non obligat pro semper.

19 obviare] *omitted* We 20 orthodoxam] resistere *added* We 23 arbitrantur] arbitrator We 24 parentes] parentem Fi 27 suo] *omitted* Ly 32 proximis] proximo Ly | minime] nullatenus Ly | teneatur] tenetur Ly | qui²] et quo Ly 33 quando...omnia] ea Bb 36 sine...est²] *omitted* Ly | universis] omnibus Bb An 38 corporalis] temporalis Ly | defendenda] est *added* Ly 39 ipsam] fidem We 41 actum] articulum Ly

Quamvis autem ad omnes spectet resistere pape heretico, non tamen ad omnes spectat eodem modo resistere, sed ad prelatos, doctores, et officium predicationis habentes spectat resistere eius errores publice reprobando, et auditores in veritate catholica instruendo, et efficaciter confirmando. Ad prelatos autem specialiter 45 spectat sequaces pape heretici, ne doctrinam eius erroneam teneant, doceant, vel divulgent, aut asserant, prohibere, et penis debitis coercere. Ad reges autem et principes et potestates publicas, si a catholicis fuerint requisiti, vel prelati in pugnando pravitatem hereticam fuerint dampnabiliter negligentes, spectat per temporalem potentiam papam hereticum et sequaces eius, ne corrumpant catholicos, 50 impedire, ipsos, si expediens fuerit, captivando et quousque rite fuerit ordinatum quid sit de eis agendum in firma custodia, ne inficere valeant orthodoxos et simplices, detinendo. Ad omnes autem simplices et alios quoscunque spectat impugnantem papam hereticum et sequaces eiusdem tueri et defendere, ac omnibus prelati, regibus et principibus, et aliis publicis potestatibus, in hiis que rite agunt ad 55 cohercionem pape heretici obedire et assistere toto corde. Ad cunctos autem scientes papam esse hereticum spectat ei in hiis que ad religionem pertinent christianam nullatenus communicare. Ad hoc enim nos obligat preceptum negativum, quod non solum semper sed etiam pro semper obligat.

Discipulus: Breviter proba tertium et quartum que posita sunt in capitulo 60 precedenti.

Magister: Tertium sic probatur. Qui negat Christum aut fidem christianam metu mortis aut gravium tormentorum, non est hereticus reputandus. Ergo a simili qui communicat pape heretico in hiis que ad religionem christianam vel papale spectant officium metu mortis aut graviorum tormentorum, non est fautor heretici aut 65 pravitatis heretice reputandus.

42 spectet] spectent Fi spectat Ly 43 spectat] omni added Bb We | modo] eidem added We | resistere] pape heretico added Ly 44 resistere] pape heretico added We 46 eius] pape We | doceant] omitted Ly | vel] et Ly 47 asserant] asserent An 48 et] omitted Fi | requisiti vel] si added We | 48-49 in pugnando] impugnando Ly 52 inficere valeant] inficiant An 53 spectat] alios added Ly 56 assistere] resistere Ly | autem] omitted Bb An Fi 57 ei] cum We | pertinent] spectant Ly 59 obligat] obligant We 60 posita] proposita We 63 gravium] graviorum Ly

Quartum, scilicet quod communicantes predicto modo pape heretico etiam metu mortis vel gravium tormentorum peccant mortaliter, probatur sic. Quod est in detrimentum fidei christiane est peccatum mortale. Communicare autem pape heretico modo predicto est in detrimentum fidei Christiane, ergo est peccatum mortale.

Capitulum 62

Discipulus: Tractavimus de communicantibus scienter pape heretico. Nunc videamus de communicantibus eidem ignoranter, et primo de laborantibus ignorantia crassa et supina, et tamen communicantibus pape heretico et sequacibus eius, an scilicet sint censendi fautores heretici et heretice pravitatis.

Magister: De ignorantibus ignorantia crassa et supina, et tamen communicantibus pape heretico et sequacibus eius, dicitur sicut de communicantibus eidem scienter, quod ignorantia talis non excusat cum ipsa ignorantia sit dampnabilis.

Discipulus: Supra multa dicta sunt de ignorantia ista, ideo nunc succincte dic qui communicantes pape heretico ignoranter sunt censendi laborare ignorantia crassa et supina.

Magister: Ex precedentibus poteris hoc aperte colligere, quod illi qui nolunt de heresibus pape heretici informari, sed informare eos volentes persequuntur et molestant, et qui contempnunt scire papam esse hereticum, et qui facile possent scire, sunt ignorantes ignorantia crassa et supina.

Discipulus: Dic de communicantibus pape heretico qui ignorant ignorantia invincibili et probabili.

Magister: De illis dicitur quod non peccant mortaliter nec sunt fautores hereticorum, quia ignorantia talis eos excusat.

20 **Discipulus:** Qui sunt censendi laborare ignorantia probabili.

2 Tractavimus] tractamus Bb 3 et] omitted Ly 4 et tamen] de Ly | et tamen... eius] Kn: transposed from line 5 text in Ww | et³] de added Ly 5 eius] omitted We | sint] omitted Di | pravitatis] et tamen communicantibus pape heretico et sequacibus eius added Ww 7 eius] eiusdem Fi 8 quod] quia We | excusat] peccatum added Ly 14 possent] possunt Ly 16 communicantibus] ignoranter added We | ignorant] omitted Fi 17 et] vel We | probabili] omitted Bb 18 non] nec Ly 19 ignorantia] crassa added An | eos] omitted Bb An Fi

Magister: Illi qui nescirent papam hereticum de heresi diffamari, et qui non essent capaces informationis qua ostenditur papa esse hereticus, vel non possent faciliter neque per se neque per alios scire papam esse hereticum, laborarent ignorantia probabili et, si communicarent eidem, excusarentur a peccato mortali.

Capitulum 63

Discipulus: De istis haberem querere multa, sed ea ad tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam reservo. Nunc autem dic breviter de obedientibus pape heretico, an scilicet sint fautores heretici et heretice pravitatis.

Magister: Respondetur quod obedire pape heretico contingit dupliciter. Uno modo 5 in puris temporalibus et corporalibus, alio modo in spiritualibus vel in hiis que ad papatus spectant officium. Item, contingit obedire pape heretico scienter et ignoranter. Qui enim obediret pape heretico in temporalibus vel in puris corporalibus, et talis obedientia non esset in nocumentum ecclesie vel alterius persone, nec esset in scandalum, sed esset in salvationem corporalem obedientis vel 10 ad redimendam vexationem eius, non peccaret mortaliter. Si autem talis obedientia esset in nocumentum ecclesie, vel alterius persone, vel in scandalum, obediens peccaret mortaliter, quia nullus propter mandatum vel preceptum heretici, presertim qui non est dominus in temporalibus eius cui precipit, debet aliquid facere in nocumentum vel scandalum alterius cuiuscunque. Qui autem scienter obediret pape 15 heretico in spiritualibus, puta recipiendo ab eo ecclesiasticum beneficium, vel ordines, aut aliquid consimile, peccaret mortaliter et esset fautor heretici et heretice pravitatis. De obedientibus pape heretico ignoranter qui laborarent ignorantia crassa et supina, dicitur sicut de obedientibus scienter, quia talis ignorantia non excusat. De ignorantibus ignorantia probabili, dicitur quod non peccant mortaliter, quia 20 ignorantia eos excusat.

Capitulum 64

22 informationis qua] informationi de qua Bb

6 et] vel We 9 corporalibus] *omitted* Bb | non esset] *omitted* Bb 10 vel] et Ly 11 redimendam] redimendum Ly 12 vel alterius] et Ly 19 scienter] *omitted* Bb 20 probabili] invincibili Ly | quia] de Bb talis *added* We

Discipulus: Circa interrogationem propositam supra capitulo 59^o huius septimi, audivi diversas sententias, pro quibus fortiter allegasti. De allegationibus vero pro secunda sententia tecum post completionem huius operis conferam diligenter. Nunc
5 autem peto ut quomodo respondetur ad allegationes pro prima sententia, supra eodem capitulo 59 adductas, non differas indagare.

Magister: Ad primam illarum dupliciter respondetur. Uno modo, quod sacerdotes veteris legis ad quos Christus misit leprosos ut communicarent eis in hiis que spectabant ad sacerdotale officium non erant heretici, quod duobus modis dicitur.
10 Uno modo, quod ideo non erant heretici quia incarnatio Christi nondum fuerat divulgata, et ideo licet explicite in Christum non crederent, non erant heretici iudicandi. Aliter dicitur, quod licet quedam sacerdotes illius temporis fuerint heretici, non quia non credebant explicite in Christum, sed quia predicationi Christi pertinaciter resistebant, tamen preter illos sacerdotes hereticos fuerunt quidam alii
15 qui Christo pertinaciter non resistebant, quorum quidam in Christum explicite non credebant, nec etiam ei pertinaciter resistebant. Quidam etiam forte explicite credebant in Christum, et erant forte occulti discipuli propter metum Iudeorum. Unde et de sacerdotibus legitur Act. 6 quod “multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei”, quod contigit ante mortem beati Stephani. Et ita non est
20 improbable dicere quod aliqui sacerdotes qui manifeste obedierunt fidei cito post mortem Christi, crediderunt in Christum ante mortem eius, licet occulte. Erant ergo aliqui sacerdotes qui non fuerunt heretici, vel quia Christo nullatenus pertinaciter resistebant, vel quia explicite credebant in eum, ad quos potuit Christus leprosos transmittere ut communicarent eis in hiis que ad sacerdotale spectabant officium,

3 vero] autem Ly 3-4 pro secunda] *omitted* Ly 4 conferam] conferrem An Fi 6 indagare] indigare Bb indicare We 7 illarum] illorum Bb | dupliciter] tripliciter Ly 10 heretici] *omitted* Ly 11 crederent] credent Bb | non²] tamen *added* Ly 12 fuerint] fuerunt Ly Fi 15 quorum quidam] aliqui Ly 16 resistebant] *omitted* An | etiam²] *omitted* Ly Fi 17 erant] *omitted* Bb | discipuli] *omitted* Ly 18 etiam] *omitted* Ww 19 obediebat] obediebant Bb | ita] ideo An Fi Ly 20 improbable] ita probabile An Fi Ly | obedierunt] obediebant We 21 Christi] quin Ly

18-19 ...fidei] Acts 6:7

licet non miserit eos ad sacerdotes qui fuerunt pravitate heretica irretiti. Aliter 25
respondetur, quod sicut pape heretico licet communicare ignoranter dummodo
ignorantia non sit crassa et supina, ita tempore Christi fidelibus licuit communicare
ignoranter sacerdotibus hereticis. Illi ergo leprosi quos Christus misit ad sacerdotes
hereticos, quia ignorabant eos esse hereticos, et non laborabant ignorantia crassa et
supina, licite potuerunt communicare eisdem. 30

Discipulus: Contra istam reponsonem michi occurrit duplex obiectio. Prima est,
quod Christus scivit sacerdotes esse hereticos, ergo non debuit mittere leprosos ad
ipsos. Secunda est, quod ex quo Christus scivit sacerdotes esse hereticos, hoc debuit
declarare leprosis.

Magister: Ad primam istarum respondetur quod, quamvis Christus sciverit 35
sacerdotes esse hereticos, tamen potuit mittere leprosos ignorantes ad ipsos, quia
illis licuit, stante ignorantia qua laborabant, communicare eisdem. Ad secundam
respondetur quod Christus non omnia omni tempore omnibus revelavit, nec revelare
nisi quando voluit tenebatur. Et ideo quemadmodum non revelavit Apostolis
nequitiam Iude, ita non revelavit leprosis perfidiam sacerdotum, et ideo licuit eis 40
communicare eisdem.

Discipulus: Quamvis licuisset leprosis communicare sacerdotibus hereticis
ignoranter, non tamen licuit Christo precipere vel consulere leprosis communicare
eisdem, quia cui non licet communicare alteri, non licet eidem dare consilium alii ut
eidem communicet, sicut cui non licet communicare excommunicato, ei non licet 45
dare consilium alii ut excommunicato communicet. Si ergo Christo non licuit
communicare sacerdotibus hereticis, non licuit Christo dare consilium leprosis ut
eisdem sacerdotibus communicarent.

Magister: Respondetur quod ista instantia fundatur in medio falso, hoc scilicet: “cui
non licet communicare alteri, ei non licet dare consilium alii ut eidem communicet”. 50

27 non] nec Bb | fidelibus] omitted An 29 quia...esse] omitted Bb 29-30 et supina] omitted We 32
esse] omitted An 33 ipsos] eos Ly 33 hoc] non Bb 34 declarare] intimare We 35 istarum] omitted Ly
| quod] omitted Bb An Fi 36 tamen] non Bb 44 communicare...licet] omitted Bb | eidem] ei An 45
eidem] excommunicato An Fi We 46 alii] omitted Bb | 45-46 sicut...communicet] omitted An Fi We 47
leprosis] omitted Ly 50 ei] omitted Ly

Exemplum habetur expressum in iure 11 q. 3 cap. *Quoniam multis*. Ex quo capitulo expresse colligitur quod multis non licet communicare quibusdam excommunicatis quibus tamen licet consulere et dicere uxoribus excommunicatorum, filiis suis, et aliis quibusdam personis enumeratis ibidem, quod excommunicatis communicent.

55 Sic, si tu scis papam esse hereticum manifestum et quod probari potest esse hereticus, tibi non licet communicare pape heretico, tibi tamen licet consulere credenti papam non esse hereticum et qui non laborat ignorantia crassa et supina ut eidem communicet.

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad auctoritates Augustini quibus videtur
60 ostendi quod licet communicare hereticis in hiis que ad divinum spectant officium.

Magister: Ad istas auctoritates dupliciter respondetur. Primo quod Augustinus in omnibus illis auctoritatibus non loquitur de malis qui erant heretici, sed de aliis malis aliis criminibus irretitis, quibus licuit quantum ad sacramenta veteris legis communicare, et a quibus recedendum est non corporaliter sed spiritualiter. Aliter
65 dicitur, quod quamvis non licuerit in veteri lege communicare hereticis et idolatris in perfidia sua manentibus, licuit tamen communicare eisdem correctis et ostendentibus se correctos. Illi autem heretici et idolatre, eo ipso quod templum Dei ad orandum Deum et sacrificandum Deo et cetera faciendum que per legem Dei precipiebantur, **intra**bant, ostendebant se facto correctos, et ideo illo tempore licuit
70 communicare eis, quia pro tempore illo non debuerunt heretici reputari.

Discipulus: Secundum istam responsionem liceret in divinis hereticis communicare, quia ostenderent se correctos.

51 11] 13 Ly 54 communicent] et added We 55 Sic] sicut Fi | esse²] omitted Ly 56 tibi¹] cui Ly | tamen] non Ly | consulere] alteri added We 57 laborat] laborant Bb 59 Augustini] augustinus Bb | videtur] vos An 60 spectant] speactat Bb 61 istas] omitted Ly | quod] quia Ly 63 aliis] omitted Bb aliisque Ly 64 quibus] quibusdam Ly 66 manentibus] man Bb | et] vel We 67 et] motis Bb 68 orandum] adorandum Bb | et¹] quod Bb | sacrificandum] **Na:** sacrificando Ww 69 intra] **Ve:** eisdem Bb An Fi We eidem Ly | illo] in Bb omni Ly 71 responsionem] non We 72 quia] qui se Ly qui | se] esse Ly

51 ...multis] C.11 q.3 c.103, cols. 672-3

Magister: Respondetur quod alius modus recipiendi hereticos revertentes ad fidem ordinatus est inter Christianos quam fuerit inter Iudeos. Nam inter Iudeos forte, ad hoc quod reciperentur, non aliud requirebatur quando de eis non poterat fieri iustitia 75 nisi quod verbo vel facto protestarentur se esse veros Dei cultores. Ad hoc autem quod heretici Christiani revertentes ad fidem recipiantur ad communionem quo ad ecclesiastica sacramenta hoc non sufficit, sed requiritur quod in speciali abnegent errorem quem tenuerunt, et quod a vinculo excommunicationis quo tenebantur per ecclesiam absolvantur. Si autem fuit prelatus, puta papa vel episcopus, aut alia 80 predictus prelatura, ad officium prelationis eius absque nova electione nequaquam recipi debet, quia omnis hereticus tam iure divino quam humano privatus est omni ecclesiastica dignitate. Aliter dicitur quod in vetere lege non erat licitum interesse officio hereticorum. Licite tamen erat permittere heretico officio et sacrificio 85 fidelium interesse. Et ideo quamvis in nova lege esset licitum sustinere hereticos audire divinum officium a catholicis, nisi in contrarium esset per ecclesiam ordinatum, nullo tamen modo licet catholicis officio hereticorum interesse, et ita missa pape heretici a nullo catholico debet audiri, et eadem ratione in alio officio divino sibi communicare non licet.

Discipulus: Dic quomodo ad secundam rationem principalem respondetur. 90

Magister: Respondetur quod sicut minora mala sepe permittenda sunt propter maiora vitanda, sic propter maiora mala vitanda fas est permissionem minorum malorum procurare et etiam impetrare, quia licet ipsa que permittuntur sunt mala et illicita, ipsa tamen permissio esset licita. Et ideo permissionem malorum licet petere et etiam impetrare, licet commissio mali sit nullatenus impetranda. Et ideo beatus 95 Iohannes papa potuit licite impetrare quod heretici permitterentur in ecclesiis catholicorum ritus suos celebrare propter vitandam extinctionem Italie, que erat maius malum quam quod heretici in ecclesiis permitterentur. Cum ergo dicitur quod

74 quam] quamvis An | Nam...Iudeos] omitted Ly | forte] enim added Ly 74-75 ad hoc] omitted Ly 75 quod] ut Iudei Ly 76 nisi] omitted An | protestarentur] protestabantur Ly 77 quod] ut Ly 78 requiritur] retinetur An Fi 80 fuit] fuerit An Ly 81 prelatura] omitted Ly 82 tam] in added Ly | quam] in iure added Ly 83 quod] omitted Bb An 85 interesse] interfuisse Ly | in] omitted An 86 catholicis] catatholicis Bb An We | in] omitted We 94 permissio] **non est mala sed** added We | esset] est Ly es sed Bb omitted We | malorum] maiorum Bb 95 et] omitted Bb 97 erat] erant Bb

100 beatus Iohannes impetravit vel procuravit ut ecclesie hereticis redderentur, dicitur
 quod ibi verbum “reddendi” accipitur pro verbo “permittendi”, quia eo ipso quod
 ecclesie permittebantur hereticis, ipsi erant parati eas accipere. Et ideo pro vitanda
 extinctione Italie gladio mali, non fuit necesse plus impetrare quam quod ecclesie
 105 permitterentur hereticis. Et ideo beatus Iohannes solam permissionem huius
 impetravit. Hoc autem fuit multo minus quam in divinis communicare hereticis,
 sicut minus est permittere malum quam committere malum.

Ad tertiam rationem respondetur quod non semper licet fidelibus alicui in aliquo
 officio communicare quem debent in eodem officio tollerare, quia sepe ideo tollerant
 quia prohibere non possunt, et ideo tollerantia talis est minime arguenda.
 Communicatio tamen cum eis esset omnino reprehensibilis iudicanda.
 110 Concedendum est ergo cum Augustino quod tollerandi sunt mali pro pace quando
 pax absque omni fructu spirituali penitus turbaretur. Non tamen pro pace
 communicandum est malis in hiis que sunt contra Deum, quemadmodum ritus
 Iudeorum licite tollerantur, celebrare tamen cum eis ritus eorum catholicis minime
 licet. Sic etiam sancti viri tolleraverunt idolatriam paganorum, quibus tamen in
 115 idolatria nullatenus communicare debebant.

Ad quartam rationem respondetur quod Iudas non legitur fuisse hereticus, sed
 proditor. Unde etiam post prodicionem dixit: “peccavi tradens sanguinem iustum”.
 Ex quibus verbis colligitur quod Iudas post prodicionem de Christo, quem iustum
 putavit, non erronee sensit, et ita non erat hereticus, vel si fuit hereticus non fuit
 120 hereticus manifestus et publicus, sed occultus. Hereticus autem occultus sive fuerit
 papa sive alius non est in publico devitandus.

99 ut] quod Ly 102 Italie] et *added* Ly | mali] materiali We 103 permitterentur] permittentur Fi An We
 permittantur Ly 106 tertiam] secundam An 107 ideo] *omitted* Ly 109 esset] licet An Fi | iudicanda]
 iudicata An Fi 110 Augustino] arg9 Bb | tollerandi] tolleranda Bb | quando] aliter *added* Ly 111
 penitus] ponitus Bb 114 etiam] et Bb 119 sensit] senserit Ly | fuit¹] fuerit Bb An Fi 120 manifestus]
omitted Bb 121 sive] fuerit *added* Ly | in] *omitted* Fi

117 ...iustum] Matthew 27:4

